De vrinarum differentia negocium multi veterum medicorum aggressi sunt scribere. Quorum primꝰ omniũ fuit hypocras chous: cuius libris insueuimus. Post huiusmodi vero tẽpora. Galienus mirabilis medicus aggressus ẽ & scripsit. De hinc post hũc magnus medicus sophista. Hij ergo viri laudibus digni sunt: qm̃ primi studuerũt aliquid vtile inuenire in vita. Nullus tñ horũ virorũ perfectã & nõ diminutã doctrinã fecit. Nã hypocrates chous de vrinis exponẽs: aliud alibi. in suis tratatibus sparsim tangens genera: & species: & differentias vrinarum. & ex eis cognitiones in futuris partium dispositionibus preter naturã: & in sanis corporibus: & in acutis egritudinibꝰ minus habentẽ doctrinam relinquit. Et sĩr etiã post eum galienus in tractatu suo per hycriseos cõponens & docens valde multa & indeterminata & obscura relinquit ſm genera: & species: & differentias. Cõsequenter his superueniens magnus

medicus ratione in expertus. vero rez aggressus est: et ipse de his artem scdm diuisionem incipiens: et differentias earum et species conscribere: et pronostica signa que ex eis fiunt: aut futura sunt fieri multa pretermittens. Imperfectam et ipse disciplinam tradidit: vt multa querantur ab his qui postea facti sunt medici: et nullo modo solutioné valentes inuenire: querere coguntur aliam doctrinam et non vane: qr ex his que didicerunt discernũt obseruare et antumare vł cõijcere ex ipsis manifestis obscuras res et intellectus. Nam vrinaruz apta inspectio manifesta facta nõ apparentes et patiẽtes loco cognoscit: et quõ dispositi sunt: et ẽm qualem crasin eorum singuluz: aut ẽm nãm dispositi sint: aut preter nãm constituti sint: aut dispositi extra naturam. Eius enim que sanguinis operatur ṽtutis quomodolibet scdm opus ꝓpriũ impedite nũcius nõ fallat vrinarum diligens inspectio nata est esse. Igit optimuz nobis est de vrinis volẽtibus tractare inuocare xpm dñm nostrum verũ adiutorez: et ducẽ fieri in huiusmodi doctrina: vt mereamur nõ diminuta: et inde fraudatã hanc perficere. Opz igit nos diffinire qd est ipsa vrina: deinde manifestare locum in quo nascit. De hinc locũ in quo discernitur: et deinde sic incipere doctrinã ẽm genera et species et differẽtias earum.

¶ Diffinitio vrine.

Vrina est colamentum sanguinis et aliorũ humorũ: hãc aũt alij supfluitatẽ sero similẽ vocauerũt: alij aquosaz. alij putredinẽ sanguinis: de noibus ergo nulla fit contentio. Nascitur igitur vrina in ramosa vena circa simam epatis expansa: in qua sanguinẽ ṽtus faciens opus suum pficit. Est aũt generatio eius talis sanguine formato et pturbatione facta in eo. Quodcunqz qdem leue est superiora petens qd ex colera rubea superfluitas natum est esse accipit illud susceptrix cisti fellis per suum meatuz posita ꝓpe epar. Terrenum aũt velut fecẽ sanguinis trahit splen per suũ meatũ: reliquit ergo aquosa supfluitas cum sanguine: hanc accipientes renes per mediã Kilim. i. profundam venam et formant illud in vrine constitutionem. Dicit autem aliquis et merito: vt qd fellis receptaculo: et splene ex simis epatis recipientibus sanguinis supfluitates nõne et lombi prope positi acceperunt aquosi supfluitatem: et dicimus ꝓpter magnam necessitatẽ. hoc natura retinuit. Nam ramosa vena que sanguinem operat in sima epatis posita confert per ramos suos chili vene iuxta curuaturas

epatis explicate per quosdam meatus angustos et rotundos. Sanguine ergo secundum cõstitutionẽ pingui existente: et nõ valente angustas sine impedimẽto vias pertransire: opus fuit adesse cum ea aquosam superfluitatem: vt subtilitate aquose superfluitatis facile cum ea transiret sanguis ad chilum venam: quoniam dum impellitur aquosa superfluitas ad rainamum chilis vene que adiacet spine dorsi a sursum vsqz deorsum: et per ipsum et per meatus lomborum: et dexter et sinister secundum laudam litterã grecorũ positi in impositione sua trahũt per ipsos meatus a chili vena lombi huius superfluitatez. Deinde sic formantes illam: et in vrine essentiã transmutantes per vrinales meatus transmittunt ad vrine susceptricẽ citim. Et siquidem sincerus et purus sanguis et perfectus fuerit manifestũ est quoniaz et eius superfluitas talis erit. Si vero secundũ aliquem casum sanguinis operans virtus impedita fuerit opus suũ perficere huiusmodi fit aquosa superfluitas quam et vrinaz vocamus. Propter hoc ergo aliquando quidem subtiles vrine et albe apparent. Aliquando autem pingues et albe crudiore sanguine facto: et imperfecta sanguinem operante digestione facta et veluti crudiore. Alia autem superincenso et velut feruente sanguine talis et eius superfluitas fiat. Itaqz propter huiusmodi causas et vrine secundum species immutantur.

De notificatione naturalis vrine.

Dicamus igitur de ea que est secundum naturam. Vrina que est ex perfecta creatione sanguinis facta qualem oporteat esse et diffiniamus bonam vrinã que et secundũ naturam existens nominatur vt excedentẽ. Hanc autem minus habentem non secundũ naturam: sed preter naturam reputemus: est ergo eius diffinitio talis. Que est secundũ naturam vrina bona Et sicut dicit hypocrates. albam et planam et equalem hypostasim habens. Manifestum quidem est quoniam consequente substantia moderata et colore oportuno: quia sit diffinitio diffiniens perfecta.

Vri. sz bonã.

De substantia vrine.

Vrina est bona substantia quidem moderata: hypostasi vero alba et plana et equali colore vero ruffa: aut subruffa: et ruboris paululum participans propter limpitudinem et tempus similiter consequens. Galienus quidem subruffam et subrubeam bonam esse dicit: magnus vero ruffam: et subruffaz. Nos autem ex contemperantia vtrorumqz fecimus. Quecunqz autem secundum aliquod istorũ quattuor: aut ha

Vri. sz co lorẽ

bundat:aut minus habet hanc fm naturam dicimus nō esse. De coloribus/ergo ⁊ hypostasibus non presentis est dicere tē poris:procedens enim sermo docebit. Secundum vero presens tempus dicamus de effusione:quoniam omnis vrina fʒ substantiam ipsa effusio est. substantia enim vrine humiditas est:hanc humiditatem multi sapientum medicorum effusionem vocauerunt:quoniam quid in membris effusum est in ea inspicitur vel percipitur. Huiusmodi autem effusionis differentie prime due sunt:subtilitas:⁊ pinguedo. ⁊ ex his mixtis est contemperantia:ipsa autem contemperantia que fm naturam est nō diuidit. Subtilis igitur aut mingitur tenuis ⁊ manet tenuis:aut mingitur tenuis:⁊ fit luculenta ⁊ pinguis ⁊ est prior quidem indigesta vltime luculenta vero facta ⁊ in pinguedinem transmutata digestionis principium significat accipere. Similiter autem ⁊ pinguis diuidit dupliciter:aut mingitur pinguis ⁊ manet talis:aut mingitur quidē:pinguis:residens vero fit tenuis. ⁊ monstrat quidē prior perturbationē ī corpore factā validā humorum:secundario turbationē qdeʒ determinari:sanguinis vero operationis digestionē resurgere:iungamus igit colori substantiā ⁊ determinemus ea que ex ipsis fiūt cōplexionis signa ⁊ in sanis hominibus:⁊ quomodolibet egrotantibus. Et quoniā albus color precedit alios colores:⁊ tenuis effusio precedit alios in effusiōe qualitates:cōponamus prius tenuē ⁊ albam substantiam.

¶ De tenui ⁊ alba vrina vel de vrina cum tenui substantia ⁊ albo colore.

Tenuis ergo ⁊ alba substantia vrine multa significat. Vrina ergo veniens multum tenuis ⁊ alba in sanis hominibus. multam potationem significat cum largo cibo:⁊ maxime si est vinum exile ⁊ leue. Vrina vero talis in pueris mala. nā vrine aquose in pueris pessime sunt. Vrina talis veniens significat debilitatem virtutis: vt in senectute que ē fm naturā significat ⁊ debilitatem ex diuturna egritudine q̄ appellata est a sapiētibus medicoruʒ ex egritudine senectus. Vrina tenuis ⁊ alba ⁊ multū micta ⁊ similis dyabetē significat quā sapiētes medicorū sanidā vocauerunt:⁊ quidā sapientum maximus ī vrinis dyariā vocauit. Alij aūt dipsatiō nō fm nām habēte se homine sed pter nām disposito apparet fm calidā distemperātiam lomborū. Infinita ergo atractione lomborum preter naturam dispositorū talis vrina vēit. Vrina tenuis ⁊ alba mul-

tū micta in febribus amphimerinis deficientē febrem significat per huiusmodi humorē: ⁊ in ea q̄ ſm naturā frigiditatis distemperantia epatis tenues ⁊ albe mingunt vrine: ⁊ propter emphraxini veniunt similes vt in nefreticis: ⁊ vt in quartanis in principijs. Vrina tenuis ⁊ alba in hydopricis: venit ꝑpter abundātem causam. Vrina tenuis ⁊ alba in lesis collū ⁊ caput ⁊ humeros grauatis: stotosim' ⁊ lipothomiam significat. Significare autē in futuro tp̄e hypocratis ⁊ in p̄terito sicut dicit vtit. Sudor multus ex somno sine manifesta cā factus significat qm̄ corpus plurimo cibo vtit. Vrina multa in febrib⁹ acutis tenuis ⁊ alba veniēs qetē significat. Vrina tenuis ⁊ alba veniens in fine earū que valde accuūt febriū discessuz fore significat: in eas que sunt sub frenib⁹ partes. Vrina sil'r veniens in causon febre significat frenesim. Nā causon febris a multitudine rubei fellis facta vrina nō colorata superius lata fellea superfluitate existente excelsum locū capitis occupauit: ⁊ si quidem in anteriore cerebri loco flegmonem faciens in his que in eo sunt miringis frenesim facit. ⁊ si qdē ꝑpter aliquā causam: vt in fluxu sanguinis ꝑ nares: aut ꝑpter sudorē multum in capite factum vrina subtili ⁊ alba veniente quietem significat. Si enim talis existens vrina adest ⁊ frenesis permanet: ita dispositus moritur. Tempus igitur est enarrare de colorum differentia ⁊ dicere quot sunt ⁊ quales ⁊ cum quali effusione possunt cōpleri: aut omnes: aut quidam.

¶ De coloribus vrinarū significantibus indigestionem.

Est igit̄ de coloribus primis albus ⁊ huius latitudo ī eo contenta est. Christallus enim ⁊ nix ⁊ calx ⁊ aqua purissima quidē alba sunt sed nō in sūmo omnia: perfectior autez huius coloris lacteus qualis est ex ipsa denominatione deinde remissior hec glaucus vt cornu lucidū aut ictidones. i. cornee tunice oculorū. deinde hoc glauco adhuc remissior karopos qualia camelorū vellera subalbida aut vt lapis onichin⁹ hi ergo colores albi ſm qualitatē ⁊ secūdum magis ⁊ minus sunt. Si vero infectionē aliquā recipiat fellis alba vrina: ſm primā quidē rōnem sub pallida fit vt decoctio semi crude carnis. Si vero ꝑmaneat tp̄e aliquo decoctio infectionē maiorē faciens perficit colorem palliduz significans abundatius fel priore aquosam vrinam suscepisse. Post hunc aūt ponit subruffus similis auro a celtica venienti. Deinde v̄o ruffus vt ē ſm veritatē curison aurum. deinde subruffus remissior parū

deinde rubeus qui assimilatur vero croco. deinde hyperiteron
factum ab ipso aquoso sanguine vt ex albo colore splendore
adueniente quem tinctores flauium nominant qui vero ſm
galienum finicon dicitur id est similis datillorum colori maturo
rum. Supponere enim vel ꝑponere suppositionem in colori-
bus omnibus non oẽs consueuerunt similiter arbitrari. Alij
tm̃ ꝑponunt. alij supponunt. Eridon vero sicut ipse sanguis
purus ⁊ sine dolo. Nam intensior hoc ⁊ remissior non est sa-
nus sed notus. Inopos autem vt vinum nigrum: aut ꝓfundi
or vt purpureus sanguis: sicũt est color epatis. Kyanõs vt pu
trefactus sanguis ex felle rubeo: ⁊ supadussus ⁊ in colore vt
garus ⁊ itericorum vrine. Regula autem Kyani talis est co-
lori ſm gallienum albo splendidum adueniens ⁊ in nigrum
plurimum incidens Kianõ facit. Fuscus vero ex albo ⁊ nigro
coniunctis inuicem fit sicut roisgadia. Clorõ vero idest color
viridis vt caulis virens ⁊ vt gramen: latitudo autez in eo cõ
siderat. Nam violaceus ⁊ smaradinꝰ: ⁊ hysothodis oĩa sunt
clora id est viridia secũdum magis ⁊ minus. Hec oĩa a calore
plurimo facta sunt. Pelithinon vero ꝓfundius est fusco vt
plumbum: ⁊ qui sunt ex accidentibus plagis corpori: ⁊ qui ex
cassationibus nigrantes colores: hic autem aut a frigore fit:
aut a plaga. Post hunc autem magis iudicans aliquando qui
dem frigiditatem: aliquando calorem: si vero ex viridi prece-
dẽtem calorem. Si vero ex liuido frigiditatem. Est autem ni-
gredo sup illa genera oĩum colorum: ⁊ nigredo latitudinem
multam habens secundum magis ⁊ minus: multa eniz nigra
alijs intensiora dissimilia sunt. Et de coloribus quidem suffici
ens doctrina est collecta a disciplinis antiquorũ philosopho
rum ⁊ medicorum. Horum vero colorum qui possunt coniũ
gi cũ pingui effusione ⁊ tenui: ⁊ que ex his signata siue in sanis
corporibus siue in egrotãtibus ꝓcedẽs sermo docebit. Quo
niam autem de coloribus docentes ꝑdicimus ab albo mun-
dissimo distantiã ⁊ lacteum: ⁊ glaucum: ⁊ Karopos non vt ali
quem colorum inconiugatum ꝑtermittamus cum tenui effu
sione coniungamus ⁊ ea quid significãt exponamus.

¶ Tenuis lactea ⁊ alba vrina.

IN ꝑncipijs febrium huiusmodi veniens mala qm̃ cro
nicitatẽ febriũ seu egritudinis significat. In declinationi
bus vero si multa: solutionem significat.

¶ Tenuis glauca ⁊ caropos vrina.

Quoniã igit̃ tenuis substãtia: ꝛ alba indigesta est: manifestũ est ex his qui ante nos fuerũt sapientibus: colores aũt hij conuenientes ei qui ꝑximi sunt albo ꝛ ipsi indigestionem significant: nõ enĩ colorati sunt aliqua imbecillitate naturalis coloris: igit̃ tenuis cũ his coloribus ꝯsistens: indigestionẽ significat. ¶ Tenuis pallida ꝛ subpallida vrina.

Principiũ digestiõis huiusmodi vrine significãt. Nã substãtiã q̃si difficiliorẽ nãlis calor nõ potuit dep̃sare. Colorẽ vero quasi faciliorẽ in p̃ncipio digestionis mutauit.

Tenuis subruffa ꝛ ruffa vrina.

Hec melior a p̃ori: significat enim huiusmodi vrina naturalem calorẽ ꝯualuisse eo quod plurimũ colorem vrine ꝯcessit: qm̃ nõ potuit mãm dempsare vocamus ꝛ hanc indigestã: ꝛ vrina talis veniens in hydropicis ꝑiculosa est quemadmodum. aquosa vtilis.

¶ Tenuis hypoxanthos ꝛ xanthos. i. subrubea ꝛ rubea.

Esto tenuis q̃dem vt ponebatur sed hypoxãthos aut xãthos: hec tales ſm substãtiam q̃dem indigeste: ſm colores non solum extra nãm extiterũt sed ꝛ materie indigestiã demonstrant: abstinente enim aliquo adolescente ſm naturaꝫ ꝛ ſm etatem propter indigentiam materie vrine apparẽt hypoxãthe aut xanthe: eo q̧ abundet in profundo color q̃dem preter naturam abundantiam fellis generans quoniam multo calore in fel mutatur sanguis ꝛ maxime prolongatur causa in tempore estiuo in quo ꝛ tertiane plurimũ superueniũt. ꝛ enim eorum vrine xanthe sunt propter has causas ꝛ vigilie ꝛ sollicitudo ꝛ labor rubeas ostendunt. Et de complexionibus tenuis substantie cum quibus coloribus possit componi sufficiant que dicta sunt: reliquum est vt in descriptione: propter manifestationem exponamus eas sic. Tenuis enim alba. Tenuis lactea. Tenuis glauca. Tenuis karopos. Tenuis hypoxanthos. Tenuis xanthos. Tenuis pallida. Tenuis subpallida Tenuis ruffa. Tenuis subruffa.

¶ De coloribus vrine cum grossa substantia.

Quoniam aũt oẽs complexiones tenuis substantie cum q̃bus possunt coniungi coloribus sufficienter fecimus: ꝛ q̃d significent diximꝰ: ꝛ descriptione eas exposuimus: transeamus ad cõplexiones pinguis substantie ꝛ dicamus cũ quibus coloribus possunt coniungi.

¶ De pingui alba.

TAlis complexio conſtat ⁊ monſtrat crudū humorem plurimum abundare in vaſis ⁊ diuerſas differētias flegmatis: vt eſt vitreum flegma: ⁊ ſalſum: ⁊ ſine equalitate: huius vrina pinguis multa ⁊ alba veniens in egritudinibus acutis liberat apoſtemata in articulis nata: his qui dolebāt eos: ⁊ his qui quodāmodo in egritudine laborioſa erant: ⁊ his qui diu fuerant in multitudine pinguium humorꝫ.

¶ De vrina pingui ⁊ lactea.

ET huiuſmodi conſtat: ⁊ ſi in fine talis venit lithiaſim veſice aut renum ſignificat.

¶ De pingui Karopos ⁊ glauca vrina.

HEc complexio conſtat ⁊ ſi inturbata manet demonſtrat tales humores multos in corpore eſſe. Si vero turbate huiuſmodi vrine fuerint quales ſubiugalium: demonſtrat capitis dolorem: aut preſentem aut futurū. Quō aūt apparent: ſi turbate iaꝫ ſunt ⁊ clare reſidētes manifeſtātur exterioꝛi igne probate. Calefacte enim ampullas in ſuperficie demonſtrabunt. Aliter autem pinguis exiſtens eadem ſubſtātia ſi accidit febribus trūbos eſſe: hanc ſequens multitudo vrine tenuis ſolutionem febris ſignificat.

¶ De pingui ſubrubea vrina.

TAlis conſtat: ⁊ ſi eſt hypoſtaſis huiuſmodi diuturniorem egritudinē declarat ⁊ laudabilē vel ſanabilem.

¶ De pingui rubea vrina.

TAlis conſtat ⁊ declarat multū humorem ſanguineū eſſe in corpore: quemadmodū in ſinochis: ⁊ in acutis febribus talis paulatim micta periculū ſignificat. Similiter auteꝫ huiuſmodi vrina. In talibꝰ febribus ſi turbulenta micta eſt cū ſurditate ⁊ capitis ⁊ colli ⁊ hypocūdriarum dolore ictericū fore ante ſeptem dies ſignificat.

¶ De pingui inopos vrina.

ET huiuſmodi conſtat: ⁊ ſi euenerit in febre cauſon capite dolente ⁊ circūdolente fit criſis ⁊ fert criſim.

¶ De vrina pingui Kianos.

TAlis conſtat ⁊ in ſanis ſuperueniens ſignificat laborem vie: aut curſum multum ſignificat factum eſſe: ſenioribus vō ſuperueniens quibus ex multo tempore tales fiunt a malis humoribus immutari veſicā vt in pluribus ſignificat In fine vero ſi tales facte lithiaſin conſtituuntur: ſtranguriam ſignificat futuram. ¶ De vrina pingui viridi.

Talis conſtat

Talis constat: et in fine febris huiusmodi veniens icteriiciam significat.

¶ Pinguis liuida vrina.

Talis vrina in febribus et non residens peracrusticum. a mēte alienatu3 significat. Significat aūt et aliud: in febre enim causon talis vrina apparēs stranguriā futurā significat.

¶ Pinguis nigra vrina.

Et ea complexio constat et declarat purgationem melancolici humoris vt in declinatione quartanarij: et solutione melancolie: et propter frigiditatem veniunt tales: et propter exustionem sanguinis. A talibus vero causis dempsata substantia significat tales colores cum dempsitate substantie fieri. Quoniam vero vera est ratio q tres differentie nigre vrine pinguiores sunt ea que secundum naturam est vrina secundum substantiam: et hinc manifestum est q quartanario soluto et melancolico humore per vrinas exeunte: vrine pingues apparent et nigre: similiter et dum egritudo melancolica soluitur. Et per vrinas exit causa que fecerat melancoliam: qm̄ vo melancolicus humor terrenus et pinguis et niger est ꝑpter hoc et vrinas facit et nigras et pingues. Similiter et que ex adustione sanguinis facit nigre sunt: queādmodum predictū est: dempsitatem possiderunt substātie eo q eam que in vasis ex humiditate exhaurit adustio et frigiditas manifeste dempsat materiam: ratione constrictionis. Significant autem tales vrine in febre spasmum ex siccitate. Significant autem tales et aliud: in febribus enim pactis tales veniētes cū sudore capitis et colli et dorsi et cū suspirio male sunt: ꝑpter exustionē. Significant aūt et aliud: tales eni veniēs i febribus acutis cum fetore nihil mali habente vesica: mortem significat. De cōplexionibus ergo tenuis substantie cū quibus coloribꝰ possunt constare ꝑscripsimus: et significata earum diximus: et causas propter quas facta sunt manifestauimus: et in descriptione eas exposuimus hoc modo: et in pingui substantia componentes et coniūgentes eos qui cum ea possunt colores conuenire conuenienter scripsimus: et significata eorum diligentius inquesiuimus: et causas eorum enarrauimus. Reliquum vero est vt per descriptionem eas apponamus.

¶ Pinguis alba: pinguis lactea: piguis glauca et karopos: pinguis subrufa: pinguis viridis: pinguis liuida: pinguis nigra: pinguis kianos.

Relinquitur ergo de mediocri substantia dicere: et manifestare cum quibus coloribus possit conuenire. Ea enim est secundum naturam substantia: cum hac igitur substantia vt Galienus dicit in peryperiseon subruffum: et subrubeum consistunt: magnus vero ruffum: et subruffum: nos autem viros tantos et tales reprehendere veremur: tamen ab vtrisque pretermissa complebimus conuenientemque mixtionem mediocri substantie coniungentes commisceamus ita: quoniam cum mediocri substantia potest aliquis colorum conuenire exceptis subruffo et subrubeo in medio habentibus ruffum. Iste ergo colores sunt mediocris substantie scilicet subrubeus ruffus et rubicundus. Et vt sit manifesta ratio reliquum est vt in descriptione exponamus ita hoc.

Colores mediocres

¶ Pinguis albus: pinguis lacteus: karopos pinguis subrubeus: pinguis inopos: pinguis chianos: pinguis viridis: pinguis liuidus.

Quum hic ergo conuenienter exposuerimus: et conuenientem ordinem in his que scripta sunt seruauerimus et in descriptione ea manifestauerimus et clara omnibus discentibus fecerimus: de hypostasibus disputemus ostendentes que bona hypostasis et que est ab hac siue intensa siue remissa et que ex ea aut eis possunt perfici et que periculose et minores harum et que ad sanitatem conuenientes hic compositurite et hypostasim et substantie et coloribus mixtas vt perfectum terminum assignemus inuocemus christum verum deum nostrum ducem fieri vt huius commixtionis nihil pretermittamus.

¶ Hic determinat de hypostasi in generali.

Incipiamus igitur bone hypostaseos ex expositione: melius autem a sapientissimo hypocrate hanc dicere: et neque adiectionem: neque ablationem aliquam faciamus: appositio enim et defectus non secundum naturam. Est ergo dictio sapientis hypocratis de ea que secundum naturam hypostasi.

¶ Hic determinat de hypostasi in speciali.

Urina autem bona est quando et alba hypostasis fuerit et leuis et equalis secundum omne tempus. et ita vir sapiens et amicus breuitatis existens ex contento diffinitionem protulit: continens substantias et colorem quasi particularia. Nos autem ab eo pretermissa apponamus vt omnes appropinquantes littere non qualecunque habeant gaudium: multorum enim intellectus non perfectam diffinitionem audientes et quasi in

esplentem summum expositorem opinantur. Est ergo perfecta diffinitio eius: ſm naturam vrine talis.

¶ Hic ponit diffinitionem cōpletam hypostasis ⁊ hypostasi.

VRina bona est ⁊ laudabilis cum alba hypostasis fuerit ⁊ leuis ⁊ equalis per omne tempus ſm substantiam vero moderatam: ⁊ colore ruffo ⁊ subruffo ⁊ parum aliquid participans ruboris: ⁊ quia diffinitio ita significauit iſpicere oportet in vrina hec quattuor: hypostasim: colorem: substantiam: ⁊ tempus. Dicamus autem vnumquodq; in vnoq; eorū quale oportet esse.

¶ Hic declarat hypostasim naturalem penes suas cōditiōes.

QVe quidem ergo secundum naturam hypostasis: habet album colorem ⁊ inferiorem locum ⁊ est leuis ⁊ indiuisa ⁊ equalis in multas dies talis permanens: hoc enim est equale in tempore seruatum. Quicunq; ergo ex his quattuor huiusmodi quidem que secundum naturam sedeminis conuertuntur in contrarium siue vnum siue duo hoc tale non secundum naturam quemadmodum ante compositionem superius de substantijs ⁊ coloribus fecimus: ⁊ sic nunc omnia cum hypostasim. Componentes exordiri habeamus conuertemus autem ex his que obseruantur in hypostasi oīum vltimum quidem est equale ⁊ tribus ſm naturam manētibus inequale sit quartum.

¶ Quid significat alba hypostasis ⁊ continua ⁊ equalis.

QVjusmodi infirmitatez virtutis digestiue significat: non enim omnino potuit digerere natura. Sed relinquit vnum indigestum eo quod omnibus diebus digestio non fit: sed aliquando quidem digestum sedimen. Aliquando vero indigestum. Rursus igitur conuertamus ⁊ continuum: vt sint conuersa illa duo in vnum: vt non sit hypostasis continua neq; equalis.

¶ Quid significat alba hypostasis ⁊ non cōtinua ⁊ nō equalis.

DE priori minus digesta ⁊ deficientibus ſm digestionem duobus: non solum enim equale amisit: sed ⁊ leue: vt non sit continua sed discreta: incidit autem continuum sedimen spiritus incidens pinguis: ⁊ non dimittens illud eē equale: propter has igitur causas reliquum sedimen ab his duobus minus digestum vno est: vertamus autem rursus in principio quod concessum est.

¶ Quid significat alba hypostasis non continua ⁊ equalis.

Est sedimen non leue sed diuulsum:equale vo: hoc tale malum:eo ꝙ multus spiritus sit:⁊ non possit a natura dyaforesin habere vt sit digestus.

¶ Quid significat alba hypostasis non continua ⁊ inequalis.

Rursus autez est vrina non continua ⁊ inequalis:hic melior priore:non enim quottidie dissipatur:quemadmodum equalis:aliquando tamen dispergitur:aliquando vero non:⁊ propterea declarat minorem esse spiritum diuellentez continuitatem. Hoc autem ostendamus in exemplo deficientis pulsus:si enim deficiens pulsus vsqz ad multos dies idem permanet maius:malum est ꝙ quottidie permutari: hoc enī est inequale igitur melius est diuulsuz inequale diuulso equali:⁊ ꝙ stupor est audientibus:⁊ de hac quidem complexione tanta sufficiant.

¶ Quid significat continuuz eneorima.

Sit igitur sedimen albū quidē:transmutet aūt a loco suo vt sit in medio ꝙ vocat eneorima a nyor dēptoi ꝙ ē pēdere. Est vo ⁊ continuū ⁊ equale hoc mediocriter indigestuz nō valuit eū natura digerere vt inferiorem acciperet locum: hoc enim est digestum:sed participatione alicuius spiritus incidentis eleuatur illud circa medias regionem.

¶ Quid significat alba nubes ⁊ continuus ⁊ equalis.

Si vero multus spiritus fuerit impellitur sedimen ⁊ sup mediam feretur regionem occupans superiorem superficiem ⁊ vocatur nubes:quasi a metaphora nubiuz ea nubes que superiorem locum occupat alba existēs in feb. acutis spumosis colericos humores significat. ⁊ alter si in febre cōtinua alba vrina nubes spumosas habens malum valde: significat enim dextras hypocum dolere. Si in febre causon nigras nubes habet in quartanarium transmutari significat. Si vero non omnino fuerit spiritus ad inferiorem accipit locum ⁊ demonstrat perfectam digestionem que est secundum naturam hypos itaqz ⁊ quecunqz de hypostasi sunt totidem: de eneorimate:⁊ de nube dicta oportet arbitrari: huiusmodi enim positione sola tantum differentia itaqz manifestum est: quoniam ex loco amplius nihil dicemus quā mensuram signatorum ⁊ significatorum:permutetur igitur alba:color est hypostasi ⁊ fit niger.

¶ Quid significat alba hypostasis non cōtinua ⁊ equalis hoc docet cognitionez malaz hypostasi s͠m magis ⁊ minus.

Hoc tale malum si fuerit quiddam in nube nigrum: minus malum: si vero in eneorimitate maius malum: si vero in hypostasi perfecte malum.

¶ Quid significat alba nubes non continua et inequalis.

Similiter et in alba: si enim alba et continuum et equale fuerit hypostasis bonum: si vero nubes maius bonum: si vero eneorisma manifestum: et melius bonum: et de trium quidem positione sufficienter dictum est.

¶ Notificatio hypostasis a parte coloris.

Quoniam autem diximus de tempore et substantia et loco reliquum apponamus de colore: erat autem secundum naturam color sediminis album: hoc igitur non fit album: sed nigra: aut liui: aut pallidum: aut subruffum: aut rubeum: aut viride

¶ Quid significat rubeum aut subruffum sedimen.

Subrubeum ergo ab aquoso sanguine fit vt superius dictum est: et significat indigestionem sed non mortem: rubeum vero factum a sincero sanguine significat digestionem: et si quidem fuerit moderatum neque abundantiam habens: neque indigentiam sine periculo est maxime: quoniam igitur: neque subrubeum adducit periculum materie familiare est proprium vero materie aquosi sanguinis proximi existens sanguini vt amicum corpori non adducit periculum: quoniam vero indigestionem significat propter hoc et tempus expectare oportet. Et hoc manifestum est quod sequitur tempus humorum hi quidem sanguine fiunt prius: vt flegma et liquor: hi vero post sanguinem vt colera et melancolicus humor: sincerus vero sanguis in medio amborum est: quando igitur subruffa apparet vrina significat ab aquoso sanguine habere colorem: aquosus vero sanguis prior est sincero sanguinis: et propter hoc indigestionem significat. Non enim perfectum apposuit natura aquosa colorem: manifestum est igitur quoniam nequaquam digestus est. Indiget ergo tempore natura ad digestionem aquosi sanguinis: rubeum vero sedimen et crisin futuram. in vij. die significat: si enim in quarta die superius nubem habet vrina rubea et alia digestionis signa. vij. die manifestum: quoniam egritudo iudicabitur: quod ergo significat subruffum. et rubeum dictum est.

¶ Quidque significat sedimen liuidum.

Rigiditatem et mortificationem manifestat virtutis: est autem dicere et aliter: in acutis enim febribus vrinam liui

36

dam hypostasis habens in superueniēti die nō sine periculo.

¶ Quid significat sedimen viride.

Viride vero significat calorem plurimum: & chachoeticum egritudinis.

¶ Quid significat sedimen subnigrum.

Subnigra vrina deficit a perfecto nigro: in febre enim causon vrina subnigra eneorimata habens excelsa insaniam significat: & omnes fluxus sanguinis plurimum superueniens crisis cum rigore & sudore.

¶ Quid significat sedimen nigrum.

Nigrum aliquando quidem indicat frigiditatem: aliquādo vero calorem: determinemus illud ita. Siquidem precesserit liuidum: deinde sic factum est nigrum: frigidam habet significationem: si vero viride precesserit: secutum autem est nigrum: manifestum est quoniam a calore factum.

¶ Hic docet quandam cautelam.

Quoniam autem albus color bone hypostasis creditur esse signum: nosse oportet quoniam albus color multotiens deludit artificem: quasi alba hypostasis bona sit: cū non sit: sed crudus humor albus in sedimine apparet: & post albū decipit artificem quasi hypostasis bona sit. Sed hoc quidem odore discernitur. fetidum enim est. Sed & lombis vlceratis & vesica: aut epate: aut aliqua particula: per vrinas euacuatis: pus emittitur quemadmodum dicit hypocrates. Si sanguinem mingit: quis: aut pus lomborum: aut renum: aut vesice vlcerationem significat: & rursum quibuscunq; in vrinali vīga pustule nascuntur his sanie facta & errupta solutio fit.

¶ De sedimine crudi humoris.

Manifestum quoniam sanies per eandem viam euacuata est: crudus vero humor ex inequali substantia determinatur sediminis: non enim est continuum ipsum sedimen crudi humoris: sed velut dissolutum in minima velut harena: hec quidez dicta sunt: vt non decipiatur medicus colore: sed discernat hypostasim & a sanie & a crudo humore. Si enim sanguinez & pus mingat & squamas & odor grauis est: aut lomborum aut renū aut vesice vlceratiōnē significat: hec qdem dicimus vt non decipiatur artifex: sed & harenosa in vrinis sedimina & diutarna vesicā aut lōbos lithiasim habere significat. & aliter si sanguinem mingat: lomborum & vesice significat vlcerationem hoc quidē dicimus vt nō decipiat artifex īspectio.

ne sediminis facti ⁊ a sanie ⁊ a crudo humore:⁊ quattuor quidem differentias sediminis exposuimus ⁊ colorem: ⁊ locum ⁊ substantiam ⁊ tempus:⁊ reliquũ est vt hoc ſm partes quattuor demonstremus in descriptione sic.

Alba hypostasis continua equalis.
Alba hypostasis continua inequalis.
Alba hypostasis non continua qualis.
Alba hypostasis non continua inequalis.

Hec sunt quattuor differentie descriptõis sediminis. Quoniam autem sedimen dicimus tres habere locos ⁊ significata eorum diximus:⁊ in descriptione eius quẽadmoduꝫ ⁊ apparens ratio manifestat:aut enim inferiorum locuꝫ habet ⁊ hypostasis nominatur:aut medium ⁊ eneorima dicitur:aut superiorem ⁊ nephilis vocabitur. Et causas omniuꝫ propter quas acceperunt locos ⁊ signa vel significata eorum diximus: ⁊ descriptionem eius que inferioreꝫ locuꝫ accepit hypostasis. differentias exposuimus ad eundẽ modũ:⁊ in media hypostasi que eneorima vocatur faciamus eiusdem differentias. In descriptione dicamus ita.

Album eneorima continuum equale.
Album eneorima continuum inequale.
Album eneorima non continuum inequale.
Album eneorima non continuum equale.

Iste ergo eneorimatis differentie sunt quas ⁊ in descriptione exposuimus:procedens sermo docebit significata vniuscuiusqꝫ differentie qd significent:ſm ṽo tertiaꝫ differentiam sediminis supiorem locũ tenẽtis que ⁊ nubes noiat: ⁊ huius differentias in descriptiõe exponamus:⁊ quid significent subsequenti ratione dicemus : ⁊ significata huiusmodi nõ pretermittemus. Est igitur ⁊ eius descriptio sic.

Alba nubes non continua equalis.
Alba nubes non continua ⁊ inequalis.
Alba nubes continua equalis.
Alba nubes continua inequalis.

Et de cõplexionibus quidẽ differẽtiarꝫ triũ hypostaseõ dicimus nihil ꝑtermittẽtes:⁊ in descriptõe exposuimꝰ.

¶ Diuersitas vrine a parte corporis.

Quoniam humanarum corpus ex tribus consistit:scilicet ex spiritibus humoribus ⁊ ex terreis: id est firmis partibus:humida ṽo corpus constituentia:sunt humores ⁊ co-

rum superfluitates: quecunqz quidem ex putrefactis humo-ribus per vrinas exeunt sufficienter exposuimus: dicamus igitur nūc que ex ipsis partibus firmis corporis minguntur vt perfecta & non minus habens de vrinis doctrina fiat: etenim earum partium meliores quedam sunt liquefacte in olei substantiam: aut in aliquam aliam formam assimilantur. Quoniam ergo pinguedo & caro molliora firmarum partium sunt & humidiora. Primum quidem resoluit pinguedinem & omnium firmarum partium solubiliorem: deinde carnem: pinguedine ergo liquefacta in olei substantiam transmutat calidum: & quoniam eadem non simul resoluitur: sed habet quōdam principium resolutionis & ascensum & statum temporuz eius cognitionem dicamus.

¶ Quid significat vrina oleaginosa: & de differentijs oleaginarum vrinarum.

Principium quidem oleaginarum vrinarum est cū olei colorem habentes: augmentum vō apparentes vt oleum: status vō est quia sunt oleagine: ergo olei colorem habētes principium liquefactionis declarantes quasi aquose apparent: que vō apparent vt oleuz temporis augmento facte mixtionem perfectiorem olei ad vrinam habent: oleagine vero facte que in statu sunt vrine tote omnino: & in colore & in substantia velut oleum sunt. Vrina in febre oleagina subnigra veniens incensionem ex spasmo & mortem significat. Qm̄ autem pinguedo vniuersalis est ſm plures diuiditur partes: aut .n. ſm lombos & circūuoluitur: & quasi operit. idest cooperit eos aut ſm omnes corporis partes circa lombos pinguedine resoluta & p vrinas exeūte magis simul exitus fiet q̄ ea que in toto corpore est pinguedine: eo q̄ hec quidez prope vrinales meatus fit. Hec vō longe ab his. Hypocras vero discrete considerans scripsit ita in amphorismis. Quibuscunqz pingue sedimen & multum his nefreticam significat. manifestum quoniam lomborum pinguedine resoluta: & aliter vrina in causon pinguem hypostasim habens: mortem significat: sine febre vō senibus hoc tale factum perapligiam significat .i. solutionem partis. Et de oleaginis quidem vrinis ex liquefactione piguedinis factis sufficiant que dicta sunt.

¶ Quid significant petaloides in vrina.

Quoniam igitur solide partes corporis habent in seipsis ex longitudine & latitudine & profunditate: quecunqz

vero in latitudine dilacerantur vel in sup̄ficie radunt̄: quasi quedam petula in vrinis apparentia: vesice vicij talia sunt demonstratiua. denominationē autem habent ex his que sunt similia petalis: que ex detritis triticis sunt: scd̄m vero supradictum modum ⁊ ex lombis determinant̄. Si enim fuerit febris ⁊ vrina petaloides substantiam habens: totum patit̄ corpus. si vero non sit febris vesice passio est: hec per digestionē ⁊ indigestionem terminant̄. Si enim cum indigestione totius corporis malū est: si vero sit digestio vesice malum est.

¶ Quid significant furfuree hypostases

Quando vero febris occupat corpus s̄m p̄funda vasorū hypostases furfuree fiūt ⁊ grossiores: de petaloidib⁹ sūt. Et tales igit̄ vrine predictis hypostasibus s̄m eundem modū significatiue sunt ⁊ vesice passionem esse ⁊ totius corporis. Si enim adsit febris totius corporis malum. Si vero non vesice ⁊ si quid indigestum sit totius. Si vero digestum vesice sicut hypocras dicit: quibuscunqȝ in pingui vrina furfurea conueniunt: his vesica scabit.

¶ Quid significēt crinoides.

Si vero occupet febris s̄m tres dimensiones corporis. s. longitudinem latitudinē ⁊ p̄funditatē: huius furfureis grossiores fiunt ⁊ vocant̄ crinoides: scias autem hoc tale fieri si aliquis subleuans molā triticū molentē in grossiores partes tritici operat̄: tales grossiores partes tritici crinoides nominant̄: ex his igit̄ ⁊ que in vrina apparent denominationeȝ acceperunt: fiunt aūt hui⁹ crinoides vrine aut p̄pter liquefactionem solidorū vehemētē aut p̄pter exustionē sanguinis. Sed siqdem albe fuerint: solidoruȝ est passio. Si vero rubee sanguinis quēadmodū dicit hypocrates: in febribus acutis vrina colerica crinoides ⁊ albam hypostasim habens malum ⁊ aliter: in febribus diuturnis vrina crinoidē hypostasim habens alijs salutaribus existentib⁹ discessum significat. Vrina in febribus eneorima crinoidē habens: diuturnam significat egritudinē. Et de grossioribus qdem hypostasibus que in vrinis sunt ⁊ apparent sufficiāt p̄missa.

¶ Quid significent fetide vrine ⁊ diuerse.

Fetida vero vrina: differentias significat. Vrina mali odoris ⁊ mordax: humorum putredinē significat: ⁊ rursum in febribus vrina aquosa ⁊ alba ⁊ multa cū albis eneorimatibus fetida peracopin sedat id est maniā: ⁊ aliter vrina in ac-

40

tis febribus pinguis nigra ⁊ fetida vesica nihil mali habētes mortem significat: significat vero putredinem: ⁊ mortificationem nāe. Et de huiusmodi qdē urinis sufficiēt que dicta sunt.

¶ De sedimínibus ⁊ coloribus ⁊ substantijs simul coniunctis

Quoniam autem prius ⁊ substantie tenuis ⁊ pinguis cuȝ coloribus compositiones fecimus: nunc coniungamus effusionem ⁊ sedimen cum competentibus coloribus ⁊ qd significat horum singulum apponamus: ⁊ quoniā sedimē scōm substantiam est pingue: manifestum aūt qm̄ a digestione tale factum est: aut ex abundantia pinguium ⁊ crudorū humorū. Ceterum sedimē hoc cum tenui substātia cōuenire nō pōt. Iūgamus igit̄ ipam effusionem pinguē cum hypostasi: ⁊ cum colore rubeo ⁊ subrubeo. In compositionibus enim his indigestionē significantes colores cōuenire non possunt. Incipiam⁹ ergo cōpositionē facere cuȝ subrubeo colore: qm̄ hoc ab aquoso sanguine: fit hic vero ex perfecto: oportet autem cognoscere qm̄ qdaȝ colores coniuncti in substātijs effusionis: ipsi etiā in hypostasibus: nō tm̄ perfecti quidam in substātijs fiunt: sed in hypostasibus imperfecti.

¶ Quid significat sedimen pingue subrubeum cuȝ pingui substantia vrine.

Hec compositio cōstat quēadmodū supius dictum est: ⁊ significat longitudinē egritudinis: vel vt si sit vrina subrubea: ⁊ hypostasis subrubea ⁊ cōtinua ⁊ equalis sedimē pingue ⁊ rubeum cum pingui substātia vrine.

¶ De sedimīe pingui nigro cū pingui substātia vrine ⁊ nigra.

Et ea cōstat compositio: ⁊ significat multitudinem sanguinis: ⁊ ex substantia ⁊ ex sedimine.

¶ De sedimine nigro ⁊ pingui cum substantia pingui.

Et hec compositio cōstat ⁊ monstrat adustionē: ⁊ fm̄ substantiā ⁊ sedimen: similiter aūt ⁊ cum coloribus contigētibus coniungi substātie ⁊ sedimini eadem significata declarantur supfluitatis ⁊ indigentie: excepta mediocritate vtrorumqȝ substātie ⁊ sediminis: cū scōm nām coloribus. s. cū ruffo ⁊ subruffo: ⁊ eni hec significant pfectā digestionē: ⁊ in substātia ⁊ in sedimine: ⁊ in colore. Et de vrinarū qdem disciplina ⁊ scōm ⁊ genera ⁊ spēs ⁊ differentias cōuenienter exposuimus.

Expletus est liber vrinarum Theophili. Deo gratias.

Incipit libri aphorismoruꝫ domini hypocratis a domino Theodoro gaza medico e greco in latinum de nouo translatorum.

VIta breuis. ars longa. occasio ꝑceps. Experimentũ fallax. Iudicium difficile est. Nec solum seipm officio fungẽtẽ exhibere opꝫ. Sed etiam egrũ ⁊ assidentes ⁊ exteriora. ij

IN ꝑturbationibus ventris ⁊ vomitibus spontiuis. Si tale purgat quale purgari opꝫ: res bene cedit ⁊ facile fertur. Sin minus ꝯtra. Similimodo cõceptaculoruꝫ inanitio si fiat qualis fieri opꝫ res bene cedit ⁊ facile fert. Sin minus contra. Igit ⁊ tẽpus ⁊ terram ⁊ etatẽ ⁊ genera morborum in qb⁹ oportet nec ne conspicari officium est. iij

HAbitus athletarũ ad modum boni tuti non sunt si ad summum deuenerint: non enim in eodeꝫ subsistere possunt aut quiescere quod si non quiescunt nihil ꝓficere in melius possunt restat igit his de causis: vt in deterius labantur Quaꝫ ob rem soluere habitũ expedit sine mora: vt denuo refici corpus incipiat . Nec idcirco cõpressiones inextremum ducende sunt. Haud eni tutũ hoc est: sed pro eius qui corrigetur nãª ducendum: vt tolleret omnino euacuationes. In extremũ deducte cum periculo sunt: rursusqꝫ recreationes extreme ad periculum agunt. iiij.

TEnuis exqsitaqꝫ victus ratio in affectib⁹ tũ diuturnis oib⁹: tũ ẽt acutis qbus nõ cõpetat grauis molestaqꝫ est. Itemqꝫ vict⁹ qui in extremũ tenuitatis deuenerit grauis est. Nã facietas quoqꝫ in extremũ acta mosta est.

IN tenui victus ratione egri peccant: quo fit vt maiore afficiant detrimento: quicquid enim committit grau⁹ obuenit ꝙ in aliqͣtulum pleniore. Hic igit ⁊ sanis tuta nõ est illa ad modum tenuis diligens exquisitaqꝫ ratio victus ob eã rem ꝙ difficilius errorem qui committit ferunt. Ita sit vt tenuis ⁊ diligens victus periculosior maxima ex ꝑte sit eo qui paulo plenior precipiat. vi

SOmmis morbis summa diligentissime remedia adhibenda sunt.

VBi morbus peracutus est:statim ꝛ labores summi sati-
gant ꝛ tenuissimo victu vti necesse est:vbi non ita est:
sed plenius agere licet. Tantum indulgendum est cibo quan-
to morbus ipse sit summo lenior. viij.

QVm vo morbus consistit suo vigore:tunc tenuissimo vi-
ctu vti necesse est. ix.

COlligendum etiam est an eger possit eo victu quem pre-
ceperis durare ad consistendi vigorem vsq; egrotatio-
nis:ꝛ ille ve potius deficiat. nec durare possit ea ipsa victus
ratione:an morbus ante deficiat atq; hebetescat. x.

QVibus igitur cõsistẽtia iuxta est his tenuis victus. iuxta
precipiendus est:quibus aũt cõsistẽdi vigor postea futu-
rus est:ijs in eoipso vigore ꝛ pauloante cibo subtrahẽdũ est.
Tẽpore vo supiore vberi⁹ agẽdũ est vt eger sufficiat. xj.

IN accessionibus abstinẽdum est:assumere enĩ cibũ no-
ciuum est:ꝛ quibus per circuitum veniunt accessiones
ijs in ipsa accessione abstinendum est. xij.

ACcessiones vo conditionesq; iudicantur a morbis ꝛ an-
ni tẽporibus atq; etiã circuituũ successiuis incrementis
siue quottidie siue vno interposito die. siue etiã p interualla
ampliora eueniũt:nec nõ ex his que supueniunt iudiciũ acci-
pi põt. Verbi gratia in morbo costali si screatio purulẽta stati
inter initia extitit breuẽ egritudinẽ fore ostendit. Sin postea
paruit lõgam:queti ã vrina.aluus.sudor.morbos. aut diffici-
le:aut facile:aut nullo pacto iudicari siniriue posse: aut bre-
ues:aut longos fore significabunt. xiij.

SEnes facillime ieiuniũ tolerant mox qui firma etate sũt.
Minus adolescẽtes omnium minime pueri: eorumq;
ipsorum qui animo sunt propensiores. xiiij.

QVi increscũt plurimũ caloris innati obtinent itaq; pluri-
mo cibo indigent: Alioqn corpus assumit:senib⁹ vo pa-
rum caloris inest:ꝛ ob eam rẽ paucis egent fomentib⁹ qppe q
a multis oppressi extiguant:hinc etiã febres nõ eque acute se-
nibus accidũt:corpus enim eorum frigidũ est. xv.

VEntres hyeme ꝛ vere natura calidissimi sũt ꝛ somni lõ-
gissimi. Itaq; p ea tẽpora cibi clari copiosius vti debẽt.
Caloris enĩ natiui copia magna inest:vt cibus proinde pleni-
or requiratur. Argumento etates sunt ꝛ athlete. xvj.

VIctus omnis febricitantibus humidus pficit:sed preci-
pue pueris.ꝛ his qui ita viuere consueuerũt. xvij.

EX quibus nam ſemel aut bis aſſumēdum ſit ⁊ plura vel an pauciora particulatim animaduertendum. Tēpore etiam etati ⁊ cōſuetudini impartiēdū aliquid eſt. xviij.

QUibos eſtate ⁊ autumno difficillime ferunt. Hyeme facillime mox vere. xix.

QUi per circuitus acceſſionum exacuūtur his nihil eſt dādum nec aſſumere quicq̃ cogendum: ſed adiectioni ſubſtrahendum eſt ante iudicationem. xx.

QUe iudicantur aut iudicata ſunt integre: non mouere neq̃ nouare vel medicamentis: vel aliis incitamentis ſed ſinere debes. xxj.

QUe euacuanda ſunt eo duci debent qua maxime natura cōmode tendit. xxij.

COncocta euacuare mouereq̃ non cruda oꝫ nec in principio niſi turgent. Sꝫ magna ex p̄te nō turgēt. xxiij.

DEiectiones non copia eſtimande ſunt: ſed eo quod talia deiiciuntur: alia deiici oportet ⁊ facile eger fert. Atq̃ vbi ad anime defectionem vſq̃ ducendum eſt: ita agendum modo eger durare poſſit. xxiiij.

IN affectibus acutis raro ⁊ inter initia vtendum medicamento euacuatorio eſt: idq̃ adhibito diligēter ex animo faciendum eſt. xxv.

SI quale purgari oportet tale purgatur prodeſt ⁊ facile fertur. Si contra difficulter.

¶ Incipit liber ſecūdus aphoriſmoꝝ dn̄i Hypocratis a dn̄o Theodoro gaza medico e greco i latinū nuꝑ trāſductoꝝ. j.

IN quocunq̃ morbo ſomnus laborem affert letalis eſt. At ſi iuuat letalis non eſt. ij.

Ubi ſomnus delirium tollit bene eſt. iij.

SOmnus aut vigilia ſi alterutrum modum exceſſerit mali eſt. iiij.

NOn ſacietas non fames non aliud quicq̃ bonum eſt qđ naturam excedit. v.

Laſſitudines ſponte euenientes morbos p̄nunciāt. vj.

QUicunq̃ parte corporis aliqua laborantes laborē ipſū magna ex parte nō ſentiūt his mēs egrotat. vij.

QUe longo temporis ſpacio extenuantur lente reficienda ſunt. Que breui breuiter. viij.

Si qs a morbo cibum aſſumens nõ corroboratur plus cibi
q̃ ſatis ſit aſſummi ſignificat. At vero ſi non aſſumenti
ita euenit: euacuatione opus eſſe ſciendum eſt. ix
Corpora quacunq; purgare libuerit fluida eo facies. x
Corpora impura quo magis nutris eo magis offendis. xj.
Potu q̃ cibo expleri facilius eſt. xij
Que per morbos relinquuntur ab iudicatione faciunt re
cidiuam. xiij
Quibus iudicatio iſtat his nox difficilis ẽ q̃ acceſſionẽ pcedit:
ſubſequẽs aũt nox facilior magna ex pte accidẽ ſolet. xiiij
In profluuijs alui mutationes deiectionum iuuant niſi
in praua mutentur. xv
Ubi fauces egrotant aut tubercula in corpore oriuntur ex
cretiones cõſiderande ſunt. nã ſi bilioſe ſunt corpus egro
tat: ſi ſimiles ſanis corpus alere tutum eſt. xvi
Ubi fames eſt: laborandum non eſt xvij
Ubi plus cibi preter nãm ingeſtum eſt morbũ id facit: pa
tet hoc ex ipſa curandi ratione. xviij
Eorũ que vniuerſim atq; celeriter alũt: ſecretiones quo
q; celeriter fiunt. xix
Morborum acutorũ pdictiones nõ ad modum tute ſunt
neq; mortis neq; ſalutis. xx
Quibus iuuenibus adhuc aluus humida eſt his ſeneſcen
tibus ſiccatur. Contra qbus iuuenibus adhuc aluus ſicca
eſt his ſeneſcentibus humectatur. xxi
Famem vini potio ſoluit. xxij
Quicunq; morbi ex repletione fiunt euacuatione curantur:
qcunq; euacuatione repletione. Eodemq; modo cete
rorum cõtraria: remedio ſunt. xxiij
Morbi accuti intra quartum decimum diem iudicari ſo
lent. xxiiij
Dies quartus ſeptimi iudex eſt. Octauus pncipium alte
rius ſeptennarij exorditur. Undecimus etiam conſide
randus eſt. Quartus enim ſecundi ſeptẽnarij eſt. Item deci
mus ſeptimus cõſiderandus eſt. Quartus enim a quarto de
cimo & ſeptimus ab vndecimo eſt. xxv
Quartane eſtiue breues magna ex parte ſunt. Autumna
les longe pſertim que ad hyemẽ attigerit. xxvi
Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt q̃ conuulſi
onem febri. xxvij

HIs que non ex rōne leuant cōfidendum nō est: nec ꝑmetu omittendū soluere ea que ꝑter rationem incidūt mala: hec enim magna ex parte infirma sunt, nec ꝑseuerare aut in morari diutius solent. xxviij

FEbricitanti non ad modum leuiter si per summā corporis formam si corpus prestat nec vllo modo collabitur aut ↄtra si magis ↄsumit̄ ꝙ rō postulat viciosuꝫ est. Alteꝝ enī longitudinē morbi alterū imbecillitatē significat. xxix

CVm morbi incipiunt si qd mouendum est moue. Cuꝫ cōsistunt ꝛ vigent quiescere melius est. xxx

OMnia cum incipiunt ꝛ finiunt leuiora sunt. Cum consistunt grauiora. xxxi

SI cui ab egrotatione bene assumenti cibum corpus nihilo ꝓficit: signum est viciosum. xxxij

OMnes fere qui sese male habent ꝑncipio bene assumētes cibū nec quicꝙ̄ ꝓficientes in fine medicinā exigunt. At vero qui ꝑncipio vehemēter inedia exigentes postea bene, assumunt hi melius euadunt. xxxiij

IN quouis morbo mente cōstare ꝛ cibuꝫ appetere bonū est: cōtrarium vero vicio datur. xxxiiij

PEr morbos minus hi periclitant̄ quoꝝ nāe morbus cōuenit: aut etati: aut habitui: aut tempori: ꝙ̄ quibus non cōuenit aliqua ex his ratione. xxxv

IN quauis egritudine partem vmbilici ꝛ hymum ventrem esse pleniorē melius est admodum: extenuari atqꝫ tabescere viciosum est. Ad inferas etiā purgationes hoc ideꝫ tutum non est. xxxvi

QVi salubri corpore sunt celeriter per euacuatiōes opꝑssi dissoluunt̄ atqꝫ etiā qui prauo cibo vtunt̄. xxxvij

QVi corpore bene constant difficulter ad vsum veniūt medicamentorum. xxxviij

POtus ꝛ cib⁹ paulo deterior modo suauior fit ꝙ̄ qui melior: sed insuauior ante ponendus est. xxxix

SEniores magna ex ꝑte minus egrotant ꝙ̄ iuuenes. Attamen qui longi his acciderint morbi magna ex parte insanabiles tota vita commitant̄. xl

RAucedines ꝛ grauedines maioribus ad moduꝫ natu cū quoqui nequeunt. xli

QVi sepe ꝛ multum exoluūtur sine causa manifesta hi derepente moriuntur. xlij

STupor attonitus vehemens solui non potest: leuis non de facili potest. xliij

QUi strangulantur et euertuntur citra mortem si ore spumant non reficiuntur. xliiij

QUi obesi ad modum sunt ex natura celerius moriunt quam qui gracilles. xlv

QUi morbo commistiali laborat: si iuuenis est liberari mutatione potissimum. etatis. loci. victus. et vite munere potest. xlvi

SI dolor geminus non eodem in loco infestat qui vehementior est alterum leuiorem obscurat. xlvij

DOlores et febres accidunt magis cum conficit pus: quam vbi confectum iam est. xlviij

IN omni corporis motu cum fatigari incipit cessasse protinus latitudinis leuatio est. xlix

QUi assueuerunt ferre labores etiam si inualidi sunt aut senes. facilius ferunt: quam qui non sunt assueti quamuis robusti et iuuenes. l

QUecunque longo tempore assueta sunt etiam si deteriora sint minus infestare solent: quam que insueta sunt. Igitur ad insueta quoque mutasse conuenier. li

NImis repenteque euacuare. aut replere. aut calefacere aut refrigerare. aut alio quouismodo corpus mouere tutum non est. Atque nimium omne inimicum nature est. Contra paulatim lenteque agere tutum est. Denique de alio transire in aliud prestat. lij

SI cum omnia ratione feceris non id prouenit quod ratio postulat: noli in aliud transire dum maneat quod principio visum est. liij

QUorum aluus est humida hi quamdiu iuuenes sunt melius degunt quam quibus sicca est. At in senectute deterius. Siccatur enim aluus magna ex parte his qui senescunt. liiij

MAgnitudo corporis in iuuenta quidem formam liberalem affert nec iniocundam. Sed in senectute vsu difficilis est atque deterius euadit quod procerius est.

Incipit liber tertius afforismorum hypocratis a domino Theodoro gaza nuper e greco in latinum transductorum: .j.

Temporum

TEmporum mutationes potissimũ pariunt morbos magneq; temporum mutationes aut frigoris: aut estus & reliqua ex ratione grauius incidunt. ij.

NAturarum alie ad estatem alie ad hyemem bene maleue se habent. iij.

EX morbis alij ad alia tẽpora loca & vict⁹ genera bene maleue sese habent eodem modo etates. iiij.

PEr tempora quotiens eadem die modo estus: modo frigus existit morbos autũnales expectari op;. v.

AUstri hebetant auditum caliginem obducunt: corpora diffundunt: pigrioraq; faciunt. Caput aggrauant vbi tẽpestas ita preualuerit: affectus eiusmodi existunt. At si tempus aquilonum est tusses: fauces: alui dure: difficultatis vrine dolores orificij costarum & pectorum accidunt: vbi tempestas ita exsuparit affectus eiusmodi expectato. vj.

QUotiens estas fit similis veri sudorum copiam in febribus expectare oportet. vij.

PEr squalores febres acute fieri solent: & si magna ex parte talis fit annus qualem fecerit conditionem, morbos quoq; tales expectare magna ex parte oportebit. viij.

IN temporibus nature legitimis cunq; tempestiua tempestiue redduntur morbi constantes sinceri & faciles subeunt. At vero iniquis inconstantes & iudicatu difficiles existunt. ix.

PEr autũnũ morbi accutissimi & exitiosissimi accidũt: magna ex pte ver saluberrimũ est minimeq; exitiosũ. x.

Autũnus tabidis malus est. xj.

QUod ad temporum attinet rationem. Si hyems calida & aquilonia fuerit ver pluuiũ australeq;: febres acutas fieri estate necesse est: & lipitudines & itestinorum difficultates maxime mulierib⁹: & his qui humidã habent nãm. xij.

MOrbi autẽ p nubes fiunt magna ex pte febres longe: alui fluores: putredines. xiij.

SI hyems australis pluuia & trepida fuerit: ver calidum aquilentũq;: mulieres quarum partus iuxta ver pperant abortum ex qualibet causa facient. Que autem pepererint imbecilles ad morbidos edent infantes: ita vt aut statim pereãt aut tenues atq; valitudinarij viuant. Ceteris difficultates intestinorum & lipitudines aride accident senioribus vo distillationes que cito interimant. xiiij.

SI estas calida aquilentaqz fuerit autũnus pluuius au-strinusqz: dolores capitis: tusses: raucedines: grauedies existunt. Tabes etiam nonnullos inuadit. xv.

AT si autũnus aquilonus sit & siccus viris natura humi-dis & mulierib⁹ pderit: reliqs accũs lipitudies aride & fe-bres acute & grauedines: nõnullos et attra bil' exercebit. xvj

COnditionũ anni calores salubriores quod in totũ dixe-rim q̃ hymbres minusqz mortiferi sunt. xvij.

MOrbi per hymbres magna ex pte cõsistunt febres longe: alui fluentes putredines: attonitis angrine per calores tabitudines: lipitudines: articulorum dolores: stillicidia vri-ne difficultates intestinorum. xviij.

COnditionum quottidianaꝝ aquilones corpora cõstipa-tiora: cõtentiora: mobiliora: coloratioraqz faciũt. Audi-tum et adiuuant. Sed aluum exsiccãt. Oculos mordẽt & si in pectore dolor aliqs preest acrius excitatur. xix.

AVstri corpa dissoluunt & humefaciũt: caput aggrauant auditum obtũdunt: vertigines mouent oculis & corpo-ribus afferunt tarditatem: aluos etiã humefaciunt. xx.

PEr tẽpora anni pueri qui etate his pximi sũt vere atqz prima estate optime degunt. Et maxime valent. Senes estate & autũno aliquãdiu: reliquo autũni tempore & hyeme qui media sunt etate melius valent. xxj.

MOrbi quidẽ oẽs tẽporib⁹ oĩbus accidere solent. Sed nõ nulli certis quibusdã & oriunt & irritant. xxij.

VEre eni attre biles: furores ↄmitiales: pfusiones sangui-nis angine: tusses: grauedies: lepre: ipectigies: vtiligies: pustule vlcerose plime: tubercula: articuloꝝ dolores. xxiij.

EState nõnulli ex his ac febres continue: & ardores: & ter-tiane plime: vomitiões: et alui p fluuia: oculoꝝ & auriũ dolores oris vlcera genitaliũ putredies & sudamia. xxiiij.

AVtũno magna pars estiuoꝝ atqz etiam febres quartane & erronee: lienes: aque inter cutem tabes: stillicidia vri-ne: leuitates intestinorum: coxendices: angine: anhelationes voluuli: comitiales: attre biles: furores xxv.

HYeme costales: pulmonie: grauedines: raucedines: tus-ses dolores laterum: pectorum lomborum: capitis do-lores: vertigines: attoniti. xxvj.

PEr etates hec accidunt paruis & recens natis puerulis vlcera: oris vomitus: insomnie: pauores: inflammatio-

nes vmbilici:humores aurium. xxvij.

PAulo etate progredientibus cum dentire incipiunt: gingiuarum prurigines:febres conuulsiones :alui fluores maxime cum caninos edunt. Et his potissimum pueris qui corpulentissimi sunt ꝛ aluos habent astrictas. xxviij.

AT dulcioribus iam tonsille vertebre in occipitio: siue laxatio in partem interiorem:anhelationes calculi: lumbrici:terrentes:ascaride: verruci:satirie strume:ꝛ reliqui accessus:sed precipue que enumeraui. xxix.

ADolescentibus iam ꝛ pubescentibus magna eoruꝫ pars accidit:atqꝫ etiam febres diuturne potius: ꝛ sanguinis e naribus profusiones. xxx.

PLurimi vo affectus pueriłis etatis iudicantur siue finiuntur:aut intra quadragesimum diem:aut intra septimum mensem:aut intra septimū annum:aut cū ad pubertatē itur. Qui aūt perdurarint nec solui potuit pubescenti aut femine cum mēstrua erūpunt hi cōstenescere assolent. xxxj.

ADolescētibꝰ sāguis screatōes:tabes:febres acute cōmitiales ꝛ reliq morbi. Sꝫ pcipue q̄ nūeraui accidūt. xxxij.

QVi hanc excesserūt etatē his anhelationes costales: pulmonie:obliuiarij:delitia:ardores:bilares : alui fluores lōgi difficultates itestinoꝝ:leuitates itestioꝝ marisce. xxxiij

SEnioribus difficultates spirādi distillationes:tusses: stillicidia vrine:difficultates vrine:articuloꝝ dolores renū dolores: vertigines attoniti:mali habitus pigricijs corporis totius:insumnii:alui oculoꝝ ꝛ aurium humiditates: hebetudines:oculorum:grauitates aurium. xxxiiij.

¶ Incipit liber quartus aphorismoꝝ dn̄i Hypocratis a domino Theodoro gaza nuper e greco in latinū trāsductoꝝ. j.

m Vlierem vtero gerentem purgabis medicamento: si materia turget:quarto mēse ꝛ ad septimū vsqꝫ sꝫ eas minꝰ:a recētiore āt ꝛ ab auctore cauebis. ij.

IN medicamētoꝝ vsu si talia ducunt ex corpe qualia vł spōte exeāt vtile est. Si cōtra cohibenda sunt. iij.

SI qualis purgari oportet tale purgatur:prodest ꝛ facile fertur. Si contra difficulter. iiij.

EState potius supra hyeme infra ducendum medicamentis est. v.

Sub cane ⁊ ante canē medicamētoꝝ vsus difficilis est. vj.

MAcillentos ⁊ ad vomitum faciles purgandos supra curabis cauendo hyemem. vij.

QUi aūt ad euomendum difficiles sunt ⁊ corpore mediocriter cōstant infra purgabis cauendo estatem. viij.

TAbi obnoxios caue ne vnq̄ ad supernas ducas euacuationes. ix.

AT v̄o attrabili commotos plenius infra eademq; ratione contraria afferes. x.

IN valde acutis statim ⁊ die primi euacuandū est si mā turget. Supsedere.n.i eiusmodi morbo malo est. xj.

QUos tormina vmbilicum fatigat ⁊ labor atq; lomboruz dolor infestat: nec medicamento aut vllo alio mō solui cruciatus pōt his in aquā inter cutē siccā decūbit. xij.

QUorum alui leuitate intestinorum infestantur. Hyeberno tempore eos supra purgarē malū est. xiij.

QUi non de facili supra varatrū purgant eoꝝ corpora añ potionē humectāda sunt cibo pleniore q̄eteq;. xiiij.

CUm qui varatruz biberit ad corporis motiones magis: ad somnos quietesq; minus ducito: motione corp⁹ turbari iudicio est nauigatio. xv.

QUm libuerit vt varatrum amplius ducat corpus mouebis. Contra cum sistendum censueris somnuz molieris nec quicq̄ mouebis. xvj.

VAratrum periculosuz his est qui corpore integro sunt. facit enim conuulsionem. xvij.

SI quis nō febriens inedia exigit ⁊ cordis dolore: aut caliginosa vertigine infestatur ac oris amaritudinem sentit purgatione se egere parte supiore significat. xviij.

DOlores qui supra precordia infestant purgationem supra: qui infra: infra requirunt. xix.

QUi in medicamentorum potione nō sitiunt cum purgātur: hi non desinunt priusq̄ sitiant. xx.

SI tormina acciderunt nō febricitāti ⁊ genuū grauitas ⁊ lomboꝝ dolor purgatōe infra opus eē significat. xxj.

DEiectiones nigre modo sanguinis atri sponte venientes siue cum febre siue sine febre pessime sunt: ⁊ quo plures sunt praui colores: eo peius. Sed si ex medicamento tales egeruntur melius est: ⁊ quo plures non praui colores sunt eo melius. xxij.

In quocunqz morbo incipiente si attra bilis vel supra: vel infra exierit:letale est xxiij.

Quicunqz ex morbis acutis aut diuturnis vulneribus: aut alio quouis modo extenuati attrā bilem sanguini attro similē emiserint postridie moriunt. xxiiij.

Difficultas intestinorum si ab attra bile icepit.talis ē. xxv.

Sanguis supra emissus qualiscunqz est malus est:infra autem bonus est. xxvj.

Si difficultate itestiorum laborāti carūcule exeūt:letale ē. xxvij

Quibus per febres alicunde large exierit:his in recreatione alui humide reducuntur. xxviij.

Quibus deiectiones biliose exeunt surditate superueniēte finiuntur. Et quibus surditas precesserit desinit si deiectiones sequuntur biliose. xxix.

Quibus febricitantibus die sexto frigora accidunt his difficulter iudicantur. xxx.

Quibus accessiones veniunt si febris quacūqz hora dimiserit:eadē altero die repetit:his difficile iudicaf. xxxj

Qui per febres lassantur:his in articulos ⁊ maxillas potissimum accessus decubunt. xxxij.

Quibus cōualescētibus a quauis egritudine pars aliqua corporis dolore vexaf:his eā in partē ascēdit. xxxiij.

Quin ⁊ si priusq̄ͣ egrotassent pte aliqua sui corporis perdoluerint:eodem morbus decumbit. xxxiiij.

Si febricitanti nullo tumore faucū strāgulatio accidit subito:letale est. xxxv.

Si febricitanti colluz peruertitur vt vix deuorare possit sine vllo colli tumore:mortiferum est. xxxvj.

Sudores febricitāti si statiz icepit bono sūt. Et tertio die ⁊ qnto ⁊ septio ⁊ nono:⁊ vndecimo ⁊ q̄rtodecimo:⁊ vigesimo:⁊ vigesimoq̄rto:⁊ vigesimoseptio:⁊ trigesimo:⁊ trigesimo q̄rto:his.n.sudoribꝰ morbi iudicanf.q aūt nō ita veniūt: laborem significāt ⁊ lōgitudinē morbi ⁊ recidiuā. xxxvij.

Sudores frigidi si cum febre acuta accidūt:mortez significant si cū mitiore:lōgitudinē morbi. xxxviij.

Ex qua parte corporis sudor est:ibi morbum esse significatur. xxxix.

Et qua pte corpis frigor aut calor est:ibi morbꝰ est. xl.

Ubi toto in corpore mutatio fit:⁊ modo corpus frigescit:modo calescit aut colorem alium ab alio recipit: lon

gitudo morbi significatur. xlj.

SI per somnum sudoris copia sine causa manifesta euenit vsus cibi plenioris significatur. Sed si non per cibum id accidit: inanitione corpus egere significatur. xlij.

SVdor multus nō frigidus nō calidus assidue fluens frigidus magis: calidus minus: morbū significat. xliij.

QVecunqꝫ nō intermittētes tertio die vehemētiores redduntur: magis periculose existunt: sed si quouis modo intermittunt securitatē ineē significatur. xliiij.

QVos febres longe exercēt: his vel accessus in articulos vel dolores decumbunt. xlv.

QVos febres diuturne habent: his in articulos ascendit si labor accidit. Quibus aūt in articulos ascendit si labor ex febre: hij cibo pleniore vtuntur. xlvj.

SI rigor accidit per febrem continuam egro iam debili. letale est. xlvij.

EXcreationes in febribus non inter paulatis liuide: aut cruente: aut fetide omnes sunt male: sed si bene excernit salutares sūt deiectiōes etiā ⁊ vrine iuuāt q̄ comode exeunt. At si nihil comode p̄ ea loca excernit malū est. xlviij.

IN febribus non interpaulatis si exteriora frigent: interiora vruntur ⁊ sitiunt: letale est. xlix.

IN febre non interpaulata si labrū: aut oculos: aut supercilium: aut nasus puertit: si visus. si auditꝰ defecerit egro iā debili: qcqd ex his accidit: mors in ꝓpinquo est. l.

QVibus in febre nō interpaulata difficultas spirandi cuꝫ delirio accidit: letale est. lj.

PEr febres accessus nisi primis soluatur iudicationibus morbi longitudinem iudicat. lij.

QVibus in febribus aut in alijs morbis oculis volenti bus illachrimant: nullum est periculum: sed quibus inuictis: periculosius est. liij.

QVibus per febres lentore dentes opplentur: his febres incidunt vehementes. liiij.

QVibus tusses sicce leniter irritantur in febribus arduis: hi non ad modum siti afficiuntur. lv.

FEbres que p̄ accessum inquinum accidunt male sūt nisi genere ephimere hoc est dyarie continentur. lvj.

FEbricitanti si sudor accedit febre nō īternittēte malū ē: morbꝰ. n. ꝓrogat plusq̄ hūiditā ĝ ieē significat. lvij.

 5 3

Qui conuulsione aut distensione tenetur. si accidit febris: morbum leuat. lviij.

Qui ardore tenet si frigus acciderit soluet eo malo. lix.

Febres tertiane septenis circuitibus iudicantur quod lõgissimum est. lx.

Quibus per febres aures obsurduerit: his sanguis e naribus fusus aut aluus ꝑturbata soluit morbum. lxi.

Quib⁹ ꝑ febres morb⁹ regi⁹ ante septimũ accidit mali ẽ. lxij.

Febris nisi die pari desieri solet recidiuare. lxiij.

Quibus per febres quottidie frigus accidit: febres quottidie soluuntur. lxiij.

Quibus per febres morbus regius die septimo: aut quartodecimo acciderit: bono est: nisi alia obduruerint: nam si hoc ita accidit: non bene est. lxiiij.

In febribus si circa aluum calor vehemens ac dolor vẽtriculi vexat male est. lxv.

In febribus acutis si conuulsiones aut viscerum dolores vehementes acciderint: male erit. lxvi.

In febribus si pauores per somnum aut conuulsiones accidunt: malum est. lxvij.

In febribus spiritus subsistens malo est: quoniam conuulsionem significat. lxviij.

Quibus vrine crasse: grumose ꝛ pauce sunt non sine febre si tenues copiose ꝓdierint: ꝓderunt maxime vo tales exeunt his q̄ statim aut breui sedimen habeant. lxix.

Quibus vrina turbulẽta qualis iumentoꝝ est: his dolor capitis vel adest vel aderit. lxx.

Quibus septimo die iudicantur ad salutẽ: his vrina quarto die nubeculã hꝫ rubicũdã ꝛ reliqua ex rõne. lxxi.

Quibus vrina perlucida alba emittitur malo est: delirijs potissimum talis euenit. lxxij.

Quibus ylia suspensa murmurant: si lomboꝝ dolor accesserit: his alui admodum humectant: nisi flatus erũpat: aut vrine copia prodeat: idqꝫ in febribus. lxxiij.

Quibus in articulos abscessurum est: his extauit abscessũ vrina crassa copiosa alba: qualis in febribus laboriosis quarto die nõnullis exire incipit: sed si sanguis quoqꝫ eruperit breui admodum leuabuntur. lxxiiij.

Si sanguis aut pus effluit per vrinam ex vlceratiõe: aut renum aut vesice significat. lxxv.

54

Quibus cum vrina crassa carũcule exigue aut veluti capillamenta exeunt ex renibus his excernitur. lxxvj.

Quibus vrina crassa furfurea quedam exeunt: his vesica scabie affecta est. lxxvij.

Quicũqꝫ sponte sanguinem mingunt his venulam ruptã esse in renibus significatur. lxxviij.

Quibus in vrina decidunt arenosa: his calculo vesica laborat. lxxix.

Si quis sanguinem mingit ⁊ grumos ⁊ guttatim emittit vrinam ac dolore ad ventrem imũ, ⁊ pectinem ⁊ semen vicijs vesice laborat. lxxx.

Si quis sanguinem aut pus aut scamulas mingit ⁊ cũ graue olẽtia in vrina exulceratio vesice significat. lxxxj.

Quibus in vrinario meatu tubercula oriuntur: his supuratione facta ⁊ eruptione leuatur dolor. lxxxij.

Mictio noctu copiose facta exiguam fore deiectionem significat.

¶ Incipit liber quintus aphorismorꝫ dñi hypocratis a dño Theodoro gaza e greco nuper in latinũ trãsductorꝫ. j.

Conuulsio a varatro letalis est. ij.

Conuulsio a vulnere letalis est. iij.

Sanguinis multe profusionis conuulsio aut singultus superueniens malo est. iiij.

Ex purgatõe cõuulsia aut singultus supueniẽs malũ ẽ. v.

Si febrius quisqꝫ obmutuerit cõuulsus emoritur: nisi prehensus a febre sit: aut cum ad eam venerit horã qua crapula soluitur facultatem recipiat loquendi. vj.

Qui a distentione prehẽduntur intra quartum diẽ intereunt. Si tamẽ hos dies euaserint cõualescent. vij.

Comitiales quibus ante pubertatem accidunt: quibus ante vigesimoquinto cõmoriuntur. viij.

Costales nisi intra quartũdecimum diem repurgantur in supurationem vertuntur. ix.

Tabitudini maxime etas obnoxia est ab anno decimooctauo ad trigesimumquintum. x.

Qui tabe infestantur: si quod despuunt ⁊ extussiunt grauiter olet ⁊ capilli defluunt letale signũ ostendũt. xj.

Qui anginã euaserint: his in pulmonẽ accedit ⁊ itra septimũ diẽ moriunt: si tñ hos dies euaserit supurant. xij.

Quibus per tabem capilli defluunt: hij alui fluctionez sup
uemiente moriuntur. xiij
Qui spumatē sanguinē despuūt: his de pulmone educit xiiij
Tabe detentis fluxio alui accedēs letalis est. xv
Qui a costali supurāt si itra q̄dragesimū diē a quo ruptio
facta est repurgent leuant: aliogn trāseūt in tabē. xvi
Calida si in modica sit detrimēta hec isert corpis effemi
nationē: neruoꝝ incōtinētiā: mētis torpedinē: sanguinis
ꝓfusionem: aie defectionē qbus mors sequit. xvij
Frigida ꝯuulsiōes distētiōes: liuores: algores: febriles. xviij
Frigida ossibus: dentibus: neruis: cerebro: medule dor
sali inimica est. Calida cōtra amica est. xix
Que perfrixerint calefaciēda sunt exceptis his que san
guinem ꝓfundant. xx
Frigida vlceribus mordax cutē obdurat: dolorem insu
perabilem mouet liuorē trahit algores, febriles ꝯuulsio
nes distensionesq̧ inuehit. xxi
Nonnunq̄ per distensionem sine vlcere iuueni bene cor
porato estate media frigide aque larga perfusio reuocat
calorem: calor aūt mala hec tollit. xxij
Calida suppuratoria vulnerum omnium est summuz se
curitatis iudicium ꝑstat cutem mollit: extenuat dolorē:
leuit rigores: conuulsiones: distensiones mitigat capitis autē
grauitatem soluit: ossibus fractis plurimuz ꝓdest sed ꝑcipue
his que exuta sunt eorumq̧ maxime his que vlcera habēt ca
pitis ⁊ que ab algore vel moriunt vel vlcerant: nec nō repēti
bus comesis: sedi: genitali vtero vesice opitulat: his calor ami
cus ⁊ decretorius est frigus inimicū atq̧ interimēs. xxiij
Usus frigide vbi sanguis ꝓfundit: attamen nō qua efflu
at sed iuxta inijcienda est. Quinetiā vbi inflammatiōes
sunt aut inflammina ad rubrum cruentūue tendentia sangui
ne recenti. Nam veteribus qdem nigredinē affert: ignem etiā
sacrū nō exulceratū iuuat: exulceratum ledit. xxiiij
Frigida qualis nix aut glacies pectori nimica sūt: tusses
mouent ⁊ sanguinē ⁊ destillationem. xxv
Tumores articulorū ⁊ dolores sine vlcere atq̧ etiam po
dagricos dolores ⁊ conuulsa aqua frigida large effusa
magna ex parte leuat: soluit dolorem: extenuat: torpor tm̄ me
diocris dolorem mitigat. xxvi
Aqua que cito salescit ⁊ cito frigescit leuissima est. xxvij.

Qui noctu bibere cupiunt: his admodum sitientib⁹ si obdormierint bono est. xxviij

Menstrua ducunt suffitu aromatorum que sepe vel ad alios usus reciperent nisi caput tentarent. xxix

Mulierem utero gerentē purgabis medicamento si materia turget quarto mense & ad septimū usq3: sed ea min⁹ a recentiore aūt & ab auctiore cauebis. xxx

Mulieri grauide capi ab aliquo morbo acuto letale est. xxxi

Mulier pregnans sanguinem misso ex vena abortu3 facit: & magis si fetus auctior est xxxij

Mulieri sanguinē euomenti si menstrua erruperint: leuiatio mali contingit. xxxiij

Mulieri menstruis deficiētibus si sanguis e naribus fluxit bono est. xxxiiij

Mulieri pregnantis si aluus nimiū fluxit periculum faciendi abortum imminet. xxxv

Mulieri quā vitia uteri infestāt aut que difficulter parit: distermitamentum supuenit bonum est. xxxvi

Si mulieri menses decolores nec semp eodem tpe puenīunt purgatione opus esse significat. xxxvij

Si mulieri utero graui manie subito extenuantur abortio sequitur. xxxviij

Mulieri grauide geminis si altera mamma extenuet alteru3 ammittit & si dextra mamma extenuata est marem: si sinistra feminam amittit. xxxix

Si mulier non pregnans non puerpera habet lac: menstrua eius defecerunt. xl

Quibus mulieribus sanguis in ubera colligitur insaniam iudicat. xli

Si nosse libuerit an mulier grauida sit mulsum e bibendum dabis cum ictura cubitum est: post deinde si venter torquetur grauida est: si minus non est. xlij

Mulier si marē gerunt pbe colorata ē si feminā decolor ē. xliij

Si mulieris pgnātis uterū ignis sacer ifestat letale est. xliiij

Que preter naturam tenues uterum gerunt abortum faciūt donec cracescant. xlv

Mulieres que mediocriter corpulente abortū faciunt secundo mense aut tertio sine causa manifesta: his acetabula uteri plea mucoris sunt: ita ne futura cōtinere possint. Sed pre suo pondere prūpat clabaturq3 partus necesse sit. xlvi

Que preter naturam crasse concipere nequeunt: his vteri os ab omento comprimitur: itaqꝫ impleri donec extenuentur non possunt. xlvij

Si vterus in coxa positus suppuratur liciamentum recipiat necesse est. xlviij

Fetus qui mares sunt pte vteri dextra continent: qui femine magis in sinistra. xlix

Si secunda procidit sternutatorio posito: nares ꝛ os apprehendimus. l

Si mẽstrua sistere placet cucurbitulam magnam appone ad mammas. li

Que vterum gerunt: his vulua se comprimit. lij

Mulieri grauide si lac effluit e mammis fetum imbecillem esse significat. At si mamme sunt firme ac solide fetuꝫ eẽ validiorem significatur: liij

Que abortũ facture sunt: his mamme extenuant. Sed si denuo durescant dolor in mãmis fatigabit aut in coxis aut in oculis aut in genibus itaqꝫ nõ faciet abortum. liiij

Quibꝰ vteri os durũ est: his cõpressum id eẽ necesse est. lv

Que vterũ gerentes a febribus capiunt: valdeqꝫ extenuant sine cã manifesta hec difficulter pariunt ꝛ cum piculo: aut abortum facientes periclitant. lvi

Si profluuio mulieris conuulsio: aut anime defectio superuenit. malo est. lvij

Si mẽstrua in modice fiunt morbi accidunt. Et si non fiũt morbi matricarij accidunt. lviij

Uteri aut recti itestini iflãmatiõe vrine stillicidiũ accidit renibus ẽt purulentis vrine stillicidiũ sequit. lix

Si mulier nõ cõcipit ꝛ scire placet an cõcipere possit veste obuolutã suffles infra. Naꝫ si odor transmittit per os ad nares videbit nõ esse sua culpa sterilem cognosces. lx

Si mulieri grauide mẽstrue purgationes pdeunt fieri nõ põt vt fetus bene valeat. lxi

Si mulieri mẽstrue purgatiões non pdeũt: nec horror aut febris supuenit ꝛ fastidia accidũt: grauidã eẽ arbitrat. lxij

Mulieres que pre humidos hẽnt vteros cõcipere nequeunt: que etiaꝫ frigidos spissosqꝫ habent non concipiũt. Fetus enim extinguitur. Necnon sicci ꝛ admodum calidi concipere non possunt: genitale enim semen corrumpitur pter inopiam alimenti: que aũt modice tẽperatos obtinẽt vtero-

hec valent fecunditate. lxij

Pari modo vel naribus euenit: aut enim ꝑpter corporis la xitatē difflatᷓ euanescitq; spiritus: nec semē genitale trāsmitti possit: aut ob spissitudinē humor nō foras discedit: aut ꝑpter frigiditatē foueri nō patitᷓ vt ad eū colligatᷓ locū aut ꝑpter nimiū calorē hoc idem accidit. lxiij

Lac febricitanti dari aut caput dolenti malum est ⁊ qbus ypia suspensa murmurant ⁊ his qui sitibūdi sunt: nocet etiam quibus per febres accutas biliose deiectiones ꝓdeunt ⁊ quibus sanguinis multi deiectio facta est. Competit tale confectis nisi admodum febriunt. dandum etiam in febribus longis tussibundis: si nec vllum ex predictis vrget: ⁊ ꝑter rationē eger consumitur. lxv

Quibus tumores in vulneribus apparēt: hij nō maxime conuelluntᷓ neq; insaniunt: sed deletis tumoribus alijs de repente conuulsiones a tergo ⁊ distentiones accidunt: alijs ante insania aut lateris dolor acutus ⁊ vomica aut difficultas intestinorum si tumores sunt rubicundi. lxvi

Si in vulneribus validis ⁊ prauis tumor nō apparet: malum est magnum. lxvij

Vulnus molle ⁊ cedēs bonū est crudū ⁊ renitēs malū. lxviij

Dolenti partem capitis posteriorem frontis venaȝ surrectam incidisse prodest. lxix

Mulieribus frigora inchoantᷓ a lombis ⁊ per dorsuȝ ad caput deueniūt: viris etiā in ꝑte posteriore corporis potiꝰ q̄ de ꝑore verbi gratia cubitorum aut femorum cutis etiam rara est qd̄ pilus declarat. lxx

Qui a quartanis capiuntᷓ nō admodū ꝯuulsióibꝰ capiuntᷓ. ⁊ si antea capiebātᷓ: q̄rtana supueniente liberantᷓ. lxxi

Quorum cutis obtenditur calida ⁊ sicca hij sine sudore moriuntur. Contra quorum cutis laxa solutaq; est: hij ebeunt cum sudore. lxxij

Qui regio laborant hij nō admodum inflantur.

¶ Incipit liber sextus aphorismorum dn̄i hypocratis a dn̄o Theodoro gaza e greco in latinū nuper transductoꝝ i

In longis leuitatibus intestinoꝝ ructus accidus supueniens qui nō extitit ꝑus signū est bonū. ij

Quibus nares humēt aut genitura hij valitudinarij degunt: qbus econtrario est: melius valent. iij

In longis difficultatibus itestinor fastidiose inedie male sunt: et peiores si accedunt cum febre. iiij

Vulnera obglabrata praua sunt. v

Dolores aut pectores aut coxe: aut cuiussuis membri an multū infestent animaduertendum est. vi

Vitia renū et vesice senioribus difficulter sanant. vij

Dolores ventris si suspensi sunt leuius: si nō suspensi grauius manifestat. viij

Vlcera aque iter cutē que in corpore fiūt nō facile sanant. ix

Pustule late non admodum pruriunt. x

Dolenti caput et vehemēter laboranti pus aut aqua aut sanguis effusus p nares aut aures egritudinē tollit. xi

Vicijs attre bilis et renū si marisce supuenerint bñ erit. xij

A Mariscis diuturnis sanato: nisi vna seruet periculū vel aque inter cutē vel tabitudinis imminet. xiij

Singultiēti si sternutamēta supuenierint: tollūt singultū. xiiij

Ab aqua inter cutem detentus si aqua per venas in ventrem defluxerit morbo soluet. xv

A Fluore alui diutino detento vomitus sponte superueniens tollit fluorem. xvi

Postali aut pulmonia detento si alui fluor superuenit malo est. xvij

Lippientē deprehendi alui fluore bonū est. xviij

Si vesica pcidit: aut cerebrū: aut cor: aut pcordia: aut aliqd ex tenuiorib⁹ itestinis: aut vēter aut iecur letale ē. xix

Cum pcisum os est aut cartilago aut geue particula tenuis aut pputium nec augeri neqz calescere pōt. xx

Si sanguis preter naturam in ventrē transfundit: suppuretur necesse est. xxi

Si varisses aut marisce isaniēti supuenerit: isania soluet. xxij

Quecunqz rupta de dorso ad cubitum descendunt sanguine detracto soluunt. xxiij

Si mestitia et met⁹ lōgo tpe tenēt attra bilis: i vitio est. xxiiij

Si qd intestinū extenuioribus pcisuz est nunqz calescit. xxv

Ignem sacrum deforis verti introrsum nō bene est: interius foras bene est. xxvi.

Qui per ardores contremiscunt: his delirium affert solutionem. xxvij

Qui suppurati aut aqua inter cutē laborātes vrunť: aut secā tur: oēs intereūt: si pus: aut aqua vniuersa effluxerit. xxviij
Spadones neq3 podagra laborāt neq3 calui efficiunť. xxix
Mulier podagra nūq̄ laborat: nisi menstrua defecerit. xxx
Puer podagra nō laborat anteq̄ cōcubere icipiat. xxxi
Dolores oculorum soluit aut meri potio: aut balneu3 aut fomētum: aut vena incisa: aut medicamentū e potu. xxxij
Qui vitio lingue balbutiunt: hi maxime ab alui profusione longa capiuntur. xxxiij
Qui accida ructāt: nō admodū costali morbo laborāt. xxxiiij
Qui calui sunt his varices grādes non fiūt: qbus aūt caluis varices supuenerit his capilli denuo subnascunť. xxxv
Aqua inter cutē laborāti si tussis supuenit malū est. xxxvi
Difficltatē vrine vena icisa soluit: icidēde sūt iteriores. xxxvij
Ab angina detento si tumor in collo extitit: bonū est: foras enim morbus discedit. xxxviij
Quib⁹ cācri occulti fiūt: eos nō curari meli⁹ est: qui enī curanť sceleri⁹ pereūt: qui nō curanť diutius durāt. xxxix
Cōuulsio fit vel ianitiōe vel repletiōe eodēq3 mō singultus. xl
Quorū3 ilia dolores fatigant sine inflāmatione: his febris supueniens soluit dolorem. xli
Quibus suppuratū qd in corpe aditū nō innotescit id ꝓpter crassitudinem vel puris vel loci delitescit. xlij
Arquatis iecur effici durum male est. xliij
Lienosis qui a difficultate intestinorum capiunť si ea ipsa difficultas longa est aqua inter cutē supueniet aut leuitas intestinorū atq3 ita interimenť. xliiij
Quibus per stillicidium vrine superuenerit voluulus intra septimum diem moriuntur. nisi febre superueniente vrina effluat satis. xlv
In vlceribus annuis aut etiā diuturniorib⁹ os discedere c[...]tricesq3 effici canas necesse est. xlvi
Qui gilbi ex hannellitu aut tussi efficiuntur ante pubertatem intereunt. xlvij
Qui leuandi sanguine sunt aut medicamento purgandi: his verno tēpore vel cultello soluenda est vena: vel medicamentū adhibendum est. xlviij
Lienosis difficultas itestinoꝝ supueniēs bonū est. xlix
Podagrici morbi inflāmatione sedata intra quadragesimum diem desistunt.

Quibus cerebrum ꝑcisum est his febrem ⁊ bilis vomitum supervenire necesse est. li

Quibus bene valentibꝰ dolores subito accidūt capitis statim, qꝫ obmutescunt ⁊ stertunt intra septimum diem pereunt nisi febris prehendat. lij

Oculorum suspectiones ēt per somnū obseruasse ꝯsiliū est. nā si qd candide ptis inspicit palpebris nō vndiqꝫ sibi cōmissis: nec alui fluor aut medicamenti potio in cā est: prauū hoc signū: letaleqꝫ admodum est. liij

Deliria que cum risu accidunt tutiora sunt q̄ que serio. liiij

In affectibus acutis qui affligant cum febre suspiria luctuosa mala sunt. lv

Podagrici morbi vere ⁊ autūno magna ex pte mouent. lvi

Atribularijs morbis in pericula hec decumbit stuporē corpis aut cōuulsionē aut furorē indicant aut cecitatem. lvij

Stupores attoniti potissimum venīūt a quadragesimo ad sexagesimum annum. lviij

Si omentum decidat putrescat necesse est. lix

Quibus a coxendice infestatis coxa recedit ⁊ redit: his mucores ea in pte gignunt. lx

Quibus a coxēdici infestatis diutina recesserit coxa: his crus contabescit: ⁊ claudicat nisi adurat.

¶ Incipit septimꝰ liber dn̄i hypocratis aphorismoꝝ e greco in latinū nuper a dn̄o Theodoro gaza translatorum. .j.

In morbis acutis frigus partium extremarum: malū est. ij

In osse egrotante caro liuida malum est. iij

A vomitu singultus ⁊ oculorū rubor malum est. iiij

Horror a sudore non bonum est. v

Ab insania difficultas intestinoꝝ aut aqua īter cutē aut mentis alienatio bonum est. vi

In morbo diuturno iedia ⁊ deiectiōes sincere malo sūt. vij

Ex multa potione rigor aut deliriū malum est. viij

A vomice ruptione iterna resolutio aut vomitio aut aīe defectio euenit. ix

A sanguis ꝓfusione mētis cōmotio aut ꝯuulsio malū est. x

A voluulo vomitus aut singultus aut mentis cōmotio: aut conuulsio malum est. xi

A costali pulmonia malum est. xij

62

A pulmonia delirium malum est. xiij
Per estus vehemētes ꝯuulsio aut distētio malum est. xiiij
In capitis ictu stupor aut mētis cōmotio malū est. xv
A sanguinis sputo puris sputum malum. xvi
A puris sputo tabes ꝛ fluor cunqꝫ saliua subsistit: moriuntur. xvij
A iecoris inflāmatione singultus malum est. xviij
Ab insomnia ꝯuulsio aut mētis cōmotio malū est. xix
Ab ossis exutione ignis accidit sacer. xx
Ab igne sacro putredo aut suppuratio sequit. xxi
A forti vlcerum pulsu sanguinis ꝓfusio seqtur. xxij
A ventris dolóre diuturno suppuratio sequit. xxiij
A deiectione sincera sequit difficultas intestinorū. xxiiij
Ab ossis ꝑcisione stupor ꝛ delirīū incidet. xxv
Conuulsio ex medicamenti potione letalis est. xxvi
In ventris dolore forti algor partium extremarum malum est. xxvij
Si mulieri vterum gerenti tentia acciderit ab ortum partietur. xxviij
Quodcunqꝫ os aut cartilago preciditur in corpore increscere non potest. xxix
A pituita alba detento si alui fluor supuenerit vehemēs egritudinem tollet. xxx
Quibus per alui fluorem deiectiones spumant his pituita a capite defluit. xxxi
Quibus febricitātibꝰ vrine sedimentū speciē farine crassioris refert longam egritudinē fore significat. xxxij
Quibus sedimen biliosum desuper tenue est: acutuꝫ significat morbum. xxxiij
Quibus vrina deducta disiectaqꝫ est: his perturbatio vehemēs in corpore est. xxxiiij
Quibus vrina bulat his fore morbum renalem ꝛ longuꝫ significat. xxxv
Quibus sedimen pingue congestumqꝫ est his renale vitiū acutum iudicatur. xxxvi
Quibus igit vitio renali detentis ꝑdicta accidunt signa eos dolores circa musculos spine fatigāt: qui si locis exertioribus accidunt ascessus quoqꝫ futuros eodem extimato. Sed si interioribus magis laboratur intus accessus fore expecta.. xxxvij xxxviij

Quomitio

Vomitio sanguinis sine febre salutaris est: cum febre malo est curandum accerbis & refrigerātibus. xxxix.

Distillationes in ventrem superiorem suppurantur intra dies viginti. xl.

Si quis sanguinem mingit & grumos atq; vrine stilicidio affligitur & dolore femorum ventris: hymi pectinisq; infestatur morbum circa vesicā esse significatur. xlj.

Si lingua subito incōtinēs facta est aut ps aliqua corporis stupore elāguit: vitiū hoc eē attre bilis certū est. xlij.

Si mesticia & met⁹ lōgo tpe tenet attre bil' vitio est. xliij.

Si natu maioribus per purgationem singultus superuenit non bono est. xliiij.

Si febris ortum non ex bile trahit: calide copia capiti affusa tollit febrem. xlv.

Mulierē fieri ambidextrā natura nō patitur. xlvj.

Qui suppurati aduruntur: si pus effluit pur & albū euadūt: si cruentum feculentū & fetidū pereūt. xlvij.

Quorum iecur suppuratū aduritur si pus effluit pur & album euadūt: his eni pus conclusum in mēbrana est: sz si qualis murca est tale effluxit intereunt. xlviij.

In oculor doloib⁹ sanguinē detrahe cū vri⁹ vinū p potionē exhibueris & ex calida aq̄ multa dilueris. xlix.

Qui aq̄ inter cutē laborat si a tussi tenet desperādus ē. l.

Stilicidium & difficultatez vrine potio vini & detractio sanguinis tollit: incidēde sūt vene iteriores. lj.

Ab angina detento si tumor aut rubedo pectoris superuenit bono est. lij.

Quibus cerebrum sphacelatū hoc ē ciderratū ē: itra tertiū diē moriunt. At si ab his dieb⁹ euaserit restituent. liij.

Sternutamētū fit ex capite cerebro calefacto aut humefacta parte capitis inani. Aer. n. vbi contētus erumpit & cum strepitu: qm̄ p angusta exitus datur. liiij.

Qui dolore iecoris ad modū cōflictantur: his febris superueniens leuat dolorem. lv.

Quibus sanguinem trahi prodest: his vere detrahendus est. lvj.

Quibus inter ventriculum & venas pituita constituta infert dolorem vtpote que ad alterutrum ventrem exitu careat: his pituita per venas in vesicam delapsa morbus leuatur. lvij.

Quibus iecur aqua repletum in omentum erumpit: his venter aqua impletur. atq; ita moriuntur. lviij.

Pandiculationem occitationem horrorem vinum p pari ingestum tollit egritudinem. lix.

Quibus tubercula in vrinario meatu oriuntur: his suppuratio facta ⁊ eruptione leuatur dolor. lx.

Quorum cerebrum concussum aliqua ex causa est: eos repente obmutescere necesse est. lxj.

Corporibus humidis fames afferenda est: fames enī corpora reddit licciora. lxij.

Ubi in toto corpore mutatio fit: ⁊ modo corp⁹ frigescit: modo calescit: aut calorem alium ab alio recipit: longitudo morbi significatur. lxiij.

Sudoris copia calidi aut frigidi assidue fluētis humorem deduci robusto supra: debili infra significat. lxiiij.

Quecūq; nō intermittētes tertio die vehemētiores reddūtur magis periculo se existunt: sed si quouis modo intermittūtur securitatem inesse significat. lxv.

Quos febres diutine habēt: his in articulos abscedit. Si labor accidit: quibus autē in articulos abscedit: si labor ex febre accidit: hij cibo pleniore vtuntur. lxvj.

Quibus tubercula diutina aut in articulos dolores ex febre decumbunt. lxvij.

Si cibum febricitanti des: vt vires sano sic morbum egro dederis. lxviij.

Que per vesicā excernuntur conspiciēda sunt an talia sint qualia exeunt sanis. lxix.

Quorum in deiectiōibus si stare sinas nec moueas subsistunt q̄si strigmēta si pauca sunt parum morbi cōtractū est: si multa: multū: his aluū purgasse cōducit. Qō si aluo nō purgata dabis sorbitiōes nocebis ⁊ q̄ pl⁹ dederis eo magis nocebis. lxx

Excressiōes in febrib⁹ nō īterpellatis liuide cruente biliose fetide male sunt oēs: at si bene excernūt bene est: ⁊ qō tum per ventrē tum p vesicā ⁊ quacunq; se sedens aliqd substitit non purgatum malo est. lxxj.

Corpus efficere fluidū oportebit quaconq; euacuādū senseris: si supra firmari aluū: si īfra solui necesse ē. lxxij.

Sōn⁹ aut īsōnia si alterutrum vltra dbitū fiat mōb⁹ accidet lxxiij

In febribus non interpellatis si exteriora frigent interiora vruntur ⁊ sitiunt letale est. lxxiiij.

In febre nõ iterpollata si labrũ aut oculus aut supciliũ aut nasus puertit: si visus si auditus defecerit egro iam debili quicquid ex his accidit mors in ppinquo est. lxxv.
A pituita alba aqua inter cutẽ sequitur. lxxvj.
Ab alui pfluuio difficultas intestinorum. lxxvij.
A difficultate intestinoꝝ leuitas itestinoꝝ accedit. lxxviij.
A sideratione abscessus accidit ossis. lxxix.
A sanguinis vomitione tabes ⁊ puris purgatio supra a tabe fluctio de capite: a fluctiõe pfusio alui: a pfusione alui astrictio purgatiõis supioris: ab astrictione mors. lxxx.
A sanguinis sputo puris sputum ⁊ fluor cunq; saliua substitit moriuntur. lxxxj.
Qualiscunq; aut p vesicã aut p aluũ aut p carnẽ excressio fit quacũq; oĩno corpus excedit nãm: si paꝝ excedit parua est egritudo: si multũ magna: si ad modũ multũ letalis est.

¶ Diui Hypocratis medici aphorismoꝝ finis: a dño Theodoro gaza medico nup e greco in latinũ translatorum.

¶ Deo gratias.

¶ His tamẽ ad tollendũ studentium laborẽ addere decreui: amphorismos medicine pertinentes: non solum eos qui ad curandũ morbos principaliter cõferre decernunt. verũ ⁊ pnosticos q in curis morboꝝ etiã magni sunt adiuuamenti.

¶ Capitulum primum de egritudinibus capitis.

¶ De dolore capitis.

Ampho. lxxj. quarte pticule. Quibuscunq; in febribus vrine conturbate velut subiugalium: his capitis dolores assunt.
lxiiij. v. Lac dare caput dolentibus malum.
lxvij. v. Posteriora capitis dolentia: vena frontis incissa iuuat: ⁊ maxime potest poni ex eadem causa.
xl. ij. Duoꝝ doloꝝ qui simul fiunt: ⁊ nõ ſm eundẽ locum: maior denigrat minorẽ: faciũt etenĩ hip. canone q est diuersio.
v. vj. Dolores in lateribus ⁊ in pectoribus: ⁊ in alijs partibus si multũ durant ad discernendum mali sunt.
vij. vj. Dolores ⁊ tumores circa ventrez existẽtes: superiores quidem leuiores: nõ superiores vero fortiores.
x. vj. Caput dolenti ⁊ circũdolẽti sanies aut aq̃ aut sanguis defluens ſm aures: ſm nares: aut ſm os: soluit egritudinem.

xxij.vj. Quibus dolores a dorso in cubitos transeunt: flebotomia soluit.
lj.vj. Quibuscūq; sanis dolores repente fiūt in capite ⁊ continue sine voce fiunt: ⁊ stertūt tunc pereunt in septē dieb⁹ si nō febris eos accipiat.

De litargia.

xx.vij. In crisipila putredo aut sanies malum: in litargico tremor malum.

De subet.

Primus.ij. In quo morbo somnus laborē prestat: mortale.

De vigilia supflua.

iij.ij. Somnus ⁊ vigilia vtraq; magis modo facta malum.

De apoplexia.

lvij.vi. Apopletici maxie fiunt i etatib⁹ a.xl. ānis vsq; ad bōs
xlij.ij. Soluē apoplexiā fortē īpossibile ē: debilē vo nō facile.
xliii.ij. Strangulatorum ⁊ dissolutorū non referunt: quibus cūq; spuma fuerit circa os.

De melencolia.

xxiiii.vi. Si timor ⁊ pusillanimitas multum tempus habent perficit melencolicū huiusmodi habentem.
lvi.vi. In melencolicis egritudinibus periculose eruptiones apoplexiā aut spasmum: aut cecitatē significant: aut maniam.
xi.vi. Melencolicis ⁊ nefreticis emorroides innate: bonum.
ix.iiii. Melencolicis vero vehemētius inferius eadem rōne contraria apponentes.

De mania.

xxi.vi. Maniacis varicib⁹ ⁊ emorroidib⁹ inatis māe fit solutō
v.vii. In mania disinteria aut hydropus aut extasis: bonuz.

De amentia.

liii.vi. Desipientie cum risu quidem facte securiores: que vero cum solitudine moleste.

De permixtione sensus.

ij.ij. Vbi desipiētiā somnus sedat bonū: vbi vero prestat malū

De epilentia.

xlvj.ij. Epilenticorum iuuenibus mutationes etatū tempoꝝ ⁊ locorum euitare faciunt.
viii.v. Quibus epilentie ante iuuentutem nascuntur mutationē habēt: qb⁹ vero a.xxv.annorū fiūt plerūq; cōmoriunt.

Capitulū secundum de dispositio-

nibus neruorum.

¶ De paralisi.

xviii.v. Frigidũ vero neruis inimicũ: ossibus dentibus cerebro spinali medulle: calidum vero vtile ⁊ amicum.

¶ De spasmo ⁊ thetano.

lvii.iiii. A spasmo ⁊ thetão febris supueniẽs soluit egritudinẽ
lxvi.iiii. In febre ex somniis timores aut spasmi malum.
lxvii.iiii. In febre spũs offendens malum: spasmũ enĩ signat.
lxviiij.iiij. In febribus acutis spasm⁹ ⁊ circa viscera dolores fortes malum.
Primus.v. Spasmus ex eleboro mortale.
ij.v. In vulnere spasmus superueniens mortale.
iij.v. Sanguine multo fluente spasmus innatus malum.
iiij.v. Spasmus ⁊ singultus post nimiam innanitionẽ malũ.
vi.v. Si inebriatus aliqs repente sine voce fiat spasmo innato moritur.
vij.v. Quicũqz a thetano cõprehendunt: in quattuor diebus pereunt: si vero hos effugiunt sani fiunt.
xviij.v. Frigidũ ⁊ thetanos ⁊ rigores: ⁊ febriũ rigores.
xvij.v. Est autẽ vbi in thetano sine vulnere iuuene bñ carnoso estate media frigide aque multa infusio caloris reuocationem facit: calor vero hoc liberat.
xxiij.v. Calidũ saniẽ faciẽs in omni vulnere maximũ signum est ad certitudinem: cutẽ mollit ⁊ attenuat sine dolore rigorũ spasmorum thetanorũ est mitigatorum.
xxxix.vi. Spasm⁹ fit ex plenitudĩe aut ex euãtõe ita ⁊ singult⁹
ix.vij. In sanguinis fluxu desipentia ⁊ spasmus malum.
x.vij. In hyliõ vomitus singultus spasmus ⁊ desipiẽtia malũ
xiij.vij. In vulnerib⁹ fortib⁹ spasm⁹ aut thetanus malum.
xviij vij. In vigilia spasmus aut desipientia malum.
xxvj.vij. In farmatie potione spasmus malum.

¶ De stupore.

xiiij.vij. In plaga vel percussione in capite stupor aut desipientia malum.

¶ De iectigatione aut saltu: nihil.

¶ De tortura.

xlix.iiij. In nõ deficiẽte vo febre si labrũ aut oculus aut supercliũ aut nasus distorqueat aut nõ videat: vel vt nã audiat iã debili existẽte corpore: quecunqz hox fiant iã ppe est mors.

¶ Capitulum tertiũ de dispositionibus oculorum.

xij.iij. In tpibus vͦ siquidem hyems sicca ⁊ borealis fiat: ver vͦ pluuiosum ⁊ austrinū: necesse est estate obtalmias fieri.
xiij.iij. Si vͦ hyems austrina ⁊ pluuiosa fiat: ver vͦ siccum ⁊ boreale obtalmie sicce fiunt.
xiiij.iij. Si vͦ borealis fuerit autumnus ⁊ inaquosus: humidis quidem natura ⁊ mulieribus confert, reliquis vͦ obtalmie erunt sicce.
xvij.iij. In siccis temporibus obtalmie sunt.
xviij.iij. Constitutiones vͦ quottidiane austrine: vertigines faciunt in oculis.
xxij.iij. Estate vͦ quedā hoꝝ oculoꝝ ⁊ aurium dolores.
xlix.iiij. In non deficiente febre si oculus distorqueatur ⁊ non videat debili existēte corpore: iam ꝓpe mors est.
lij.iiij. Quibuscunqꝫ in febribus aut alijs egritudinibꝰ voluntarie oculi lachrimant nihil incōueniens: quibus vͦ non ꝫ voluntatem inconueniens.
xvij.vj. In oculis patientem a diarria accipi bonum.
xxxj.vj. Dolores oculorum meri potio aut pyria aut flebotomia aut farmacia soluit.
lij.vj. Attendere autem oportet ⁊ iudicia oculoꝝ in somnis: si enim quid alibi appeat comissis palpebris nō ex diarria extiterit siue aut farmacie potatōe: malū ē signū ⁊ mortale valde.
xlvij.vij. Oculorum dolores meri potiones ⁊ lauacra multa. calida ⁊ flebotomia soluit.

¶ Capitulum quartum de dispositionibus aurium.

xxviij.iiij. Quibuscunqꝫ fellee egestionis surditate superuenienti quiescunt: ⁊ quibuscunqꝫ surditas fit felleis superuenientibus: egestionibus quiescit.
xlix.iiij. Aut non audiat iam debili existēte corpore: quecūqꝫ horum fiant iam prope est mors.
ix. eiusdem. Quibus in febribus aures surdescunt: sanguis ex naribus fluens: aut venter turbatus: soluit egritudinem.

¶ Capitulum quintum de dispositionibus nasi.

ij.vj. Quibus nares humide natura ⁊ semen humidum sanis egrius: quibus vͦ contraria salubrius.
xl.ij. Branchij ⁊ corrize in valde senibus non maturantur.

xiij.iij. Senioribus vero catarri celeriter dissoluentes:in fine amphorismi.
xiiij.iij. Si vero estas sicca ⁊ borealis fuerit:autumnus vero pluuiosus ⁊ austrinus:capitis dolores in hyeme tusses bran chi ⁊ corrize fiunt.
xv.iij. Si vō borealis.⁊c.⁊ corrize diuturne.
xxxij.iij. Senioribus vō disnie catarri.⁊c.
xxxix.vij. Catarri in superiori ventre: id est pectore in saniez conuertuntur in.xx.diebus.
xxv.v. Frigida aut nix aut cristallus.⁊c.catarros facientia.

¶ De fluxu sanguinis narium.

xxvij.iij. Senioribus vō ⁊ ad iuuentutem accidentibus ⁊c. ⁊ ex naribus sanguinis fluxus.
xxvij.iiij. Quibuscunqꝫ in febribus sanguinis fluit multitudo vndecūqꝫ in resumptionibus ventres his humectantur.
lx.iiij. Quibuscunqꝫ in febribus aures surdescunt: sanguis ex naribus fluens:aut venter turbatus:soluit egritudinem.
lxxv.iiij. Quibus spes ad articulos apostema conuerti: ⁊c. in fine. Si vō ex narib⁹ sanguis fluit valde ⁊ celeriter soluit.
xxxij.v. Mulieri menstruis deficientibus sanguinem ex nari bus fluere bonum est.
x.vj. Caput dolenti ⁊ circundolenti sanies aut aqua aut san guis defluēs ſm aures aut nares aut ſm os soluit egritudinē
ix.vij. In sanguinis fluxu desipiētia aut spasmus malum.

¶ De sternutatione.

xxxiiij.v. Mulieri que a matrice molestatur:aut difficulter. generanti sternutatio superueniens bonum.
xij.vj. A singultu hito sternutatio supuēiēs soluit egritudinē
lij.vii. Sternutatio fit a capite ex calefacto cerebro:aut hume ctatio q̄ est in capitis vacuo:effunditur.n.aer intus existens foras:sonat vō quia per augustus est ei exitus.

¶ Capitulum sextum de dispositio nibus oris ⁊ lingue.

xxv.iii. In etatibus vō talia accidunt pueris ⁊ nouiter geni tis vlcerationes ⁊ vomitus.⁊c.
xxxii.vi. Trauli diarria maxime capiuntur longa.

¶ Capitulum septimum de dispo sitionibus dentium.

Unicum reperio amphorismum de medicina dentium ⁊ pronosticum: preter illum qui positus est de difficili exitu dentium. ⁊ est. xxvj. tertie.

liij. iiij. Quibus in dentibus in febribus limositates fiunt fortiores ⁊ diuturniores fiunt febres.

xxvj. iij. Cum vo dentes ꝑducunt gingiuarum prurit⁹ febres spasmij dyarrie ⁊ maxime quādo ꝑducūt caninos dentes.

¶ Capitulum octauum de dispositionibus labiorum ⁊ gingiuarum.

De egritudinibus labiorū ⁊ gingiuaꝝ in amphorismis nihil reperio vltra ea que dicta sunt de egritudine oris.

¶ Capitulum nonum de dispositionibus gutturis.

xxiij. iij. Autūno vo ⁊ estiuorum multa strangurie lienterie ⁊ squinantes ⁊ anhelitus.

xxxiij. iiij. Si a febre habito tumore non existente i faucibus suffocatio repente superuenerit mortale.

xxxv. iiij. Si a febre habito collum cōuertatur vt vix deglutire possit tumore non existēte in collo mortale.

xj. v. Quicunq₃ squinantiam effugiunt ⁊ ad pulmonem eis conuertitur: in septem diebus moriuntur. Si vero hos effugiunt empici fiunt.

xxxvij. vj. A squinante habito tumor ⁊ rubor in pectore superueniens bonū: foras enim conuertitur egritudo.

lx. vij. Si a febre habito tumore non existente suffocatio repēte renascitur vt deglutire non possit mortale.

Secūdas taliter inuenitur. Si a febre habita torqueatur collum vt deglutire non possit: ⁊ transglutiendo angustetur sine tumore manifesto: mortale.

¶ Capitulum decimum de dispositione pectoris ⁊ pulmonis.

De anhelitu constrictione siue difficultate eius: vt in quarto amphorismo vt iam clarebit.

lxviij. iiij. In febribus spiritus offendens malum: spasmum enim fieri significat.

¶ De asmate.

xlvj. vj. Quibuscunq₃ gibbi ex asmate fiunt aut tussi ante iuuentutem pereunt.

¶ De tussi.

¶De voce.

Quadragesimus sextus dictus.

vi.v.Si inebriatus aliqs repente sine voce fiat:spasmo inani-to moritur:si nõ febris acceperit eum:aut ad horam veniens fm quã crapule soluunt locutus fuerit 7c.

li.vi.Quibuscũqz dolores repẽte fiũt in capite ɔtinuo sine voce fiũt 7 stertũt:pereunt in septẽ dieb⁹si nõ eũ febris accipiat.

xlviij.vij.Quibuscunqz cerebrum cõmotum fuerit ab aliqua causa necesse est statim sine voce fieri.

¶De sputo sanguinis.

xxx.iij.Adolescentibus ṽo sputa sanguinis ptisis febris accu-te epilencie 7 aliẽ egritudines:maxime vero predicte.

xxvij.iiij.Quibuscunqz in febribus sanguinis fuit multitudo vñcunqz in resumptionibus vẽtres his humectãtur.

xlvij.iiij.Excreationes in febre nõ deficientib⁹liuide 7 sangui-nee 7 fellee 7 fetide oẽs male sunt:egeste vero bone.Bone vero sunt 7 fm secessum 7 vrinam.7c.

xiiij.v.Quicunqz sanguinem spumosuz spuunt:his ex pulmone eductio fit.

x.vi.Caput dolenti 7 circũdolẽti.sanies aut aqua aut sanguis defluẽs fm nares aut aures aut os soluit egritudiñẽ.

xv.vij.In sanguinis sputo saniei sputum malum.

xxxvij.viij.Quicunqz sanguinem vomũt sigdẽ sine febre salubre:si vero ex febre perniciosum.curare ṽo oportet stipticis aut infrigidantibus.

¶De pleuresi.

